



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**F. Cornelii[i] Cvrt[i] Augustiniani Erem. De Clavis  
Dominicis Liber**

**Curtius, Cornelius**


**Monaci, 1622**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11735**



N.  
1  
6

Th. 5002.





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



Ex legato Celmis Principis Ferdinandi  
Ephri Paderb: et Allengr  
Anno 1683



F. CORNELI CVRTI  
AUGUSTINIANI EREM.  
DE  
CLAVIS DOMINICIS  
LIBER.

CIDICXXII.  
Cum priuilegio Sacre Cæs. Maiestatis.

RAPHAËL SADELERVUS,  
*Imaginibus excornauit et venum proposuit*  
MONACI.

*Carissima gratia 22. 8.*

P.

SE

ON

AC

U



fue

co

me

tui

pe

ce

Andreas Sander

Reverendo admodum, exi-  
mioq; Patri,

P. NICOLAO CRU-  
SENIO, SACRÆ THE-  
OLOGIÆ MAGISTRO,  
acq; Ordinis FF. Eremi-  
tarum S. Augustini per  
Boiariam Vicario  
Generali, &c.

S. P.

**C**VM MAGNA VI-  
tiorum seges, ve-  
lut herba irrigua  
succreverit uberrime, ut  
eorum ubique liceat jam  
messem meterem maximā;  
tum vulgare multorum  
pectora invasit scripturi-  
endi ambitiosum cacoē-

A 2 in thes

## DEDICATIO.

thes. ita, ut nunc quicunque spumeam unam cumentum verborum quasi procellam spiritu ingenti eructare potest, statim credat interituram. Rempubl.literariam; nisi ille, Scholasticus Alcides (si ita Musis placet) supponat humeros, & lapso abundam Minervæ aedem verboſo aggere fulciat atq; sustentet. Hinc cruda adhuc studia & vix inter umbraticas gymnades periclitata emittuntur in apertum diem; & qui in Scholis sub ferula plorare adhuc merebantur, in forum, ad pulpitā veni-

## DEDICATIO.

veniunt, & non auditæ  
sapientiæ præcepta effu-  
sissimis buccis profiten-  
tur. Vocabulorum tan-  
rūm strues exaggerant,  
ædificant periodos, & tū  
se velut absolutissima E-  
loquentiæ exemplaria  
Tullij isti circumspiciūt,  
quando rem unam plu-  
ribus dictionum mantel-  
lis vestiverint, sermonis-  
que faciem novo semper  
pigmēto inverterent. Ni-  
mium quantum Suffeni  
isti Catulliani sibi pla-  
cent,

Cum lepidè lexeis compostæ,  
ut tesserulæ omnes  
Arte pavimento atque em-  
blemate vermiculato;

A 3 quæ

*Luc. iiii.*

DEDICATIO.

quæ non nisi inanes ar-  
gutiolas, frigidas quaf-  
dam ineptias & ludibria  
sententiarum, efficiunt:  
sicque magno cum appa-  
ratu extrudunt nugaces  
quosdam libellos testes  
domesticos ignorantia  
suæ. Quid dicam de por-  
tentis & exterricinijs qui-  
busdam literarum? qui  
cùm ne barbarè quidem  
satis balbutire possint,  
scriptitant tamen, & no-  
minis ærisque sui magno  
damno infamiā sibi mer-  
cantur. Ad compendium  
verba conferam; *Faciendi*  
*Resles. 21.* plures libros nullus est finis,  
nullus modus. Quàm per-  
tina-

## DEDICATIO.

tinaciter ego ab hac sca-  
bie unguestenuerim, sci-  
unt amici omnes, quorū  
neque precibus neq; au-  
toritate induci unquam  
potui, ut vel poëmation  
unum publici juris face-  
rem; donec Tu Reveren-  
de admodum atque exi-  
mie Pater, pro imperio  
qui quod Tibi in voluntate  
meam datum est, jussisti  
ingenij mei uterum con-  
cipere, & partufire fœ-  
tum aliquem, qui in ocul-  
los omnium manusque  
veniret. Ecce uti

Sartatecta Tua precepta  
usq; babui,

ita & nunc obsecundo &

A 4 expel-

plene

## DEDICATIO.

expello informem hunc  
ēμέρυων nondum assecu-  
tum perfectionis suæ li-  
neamenta ultima , abor-  
tum quendam , nondum  
potentem uti oculis & su-  
stinetere acutum hunc so-  
lem. qui conditionis suæ  
& miseriæ memor spon-  
ce suâ ad Te festinat ; &  
quia consummata scien-  
tiarum omnium κυκλο-  
παιδεία in Te est, obste-  
cantem manum implo-  
rat : vel saltem quia No-  
minis Tui claritatem ag-  
noscit , viæ suæ ducem  
& lucem desiderat , ne  
impingat. Immò & ego  
quoque huc impello , ut  
quia

## DEDICATIO.

quia infinita, quibus in  
ære Tuò jam dudum fui,  
nomina delere non pos-  
sum, relinquitam eum ve-  
lut obsidem aut potius  
syngraphum, obligatio-  
nis meæ luculentum te-  
stem. Nam quomodo re-  
spondeam benevolentiæ  
illi Tuæ, quâ me Bruxel-  
lae olim rhetorizantem  
prosecutus es? quomodo  
satis, nō dico, faciam, sed  
loquar de favore illo, quo  
me Collegio novo, quod  
incredibili quadam in-  
dustriâ, in summâ rerum  
inopîa, sumptuosissimum  
stupentibus omnibus ex-  
ædificasti. Præfectum da-

A s revo-

## DEDICATIO.

re voluisti? Quid quod  
Tuo præsertim calculo  
Theosophiaæ stadium in-  
gredi, currere, & hono-  
rem atque bravium adi-  
pisci mihi licuit? ut ta-  
ceam sexcenta alia, quæ  
monente cottidie con-  
scientiâ

O'ux ἀν δυναίμην ἐχαλεῖ-  
ψασθαι Φρενός.

Euripid.  
haud un-  
quam que-  
am delere  
ex mente.

Ne dicam de Doctrina  
singulari, cuius admiran-  
dum specimen Romæ in  
Comitijs ordinis genera-  
libus, in coram multorū  
S. R. E. Cardinalium de-  
disti. ut taceam de inex-  
plicabili vi Prudentiæ,  
quæ Te ita vbiique com-  
men-

DEDICATIO.

mendavit, ut suum Ro-  
mæ hyperaspisten non.  
alium quam Te, Belgæ  
voluerint, Itali R<sup>mi</sup>. P.  
Generalis vices commi-  
serint, Boii velut Patrem  
verè suum susceperint  
Vindelici, Bohemi, Hun-  
gari expetiverint, omnes  
denique Te suum vo-  
care ament, certent sin-  
guli, qui fruantur. Ut o-  
mnium virtutum regi-  
nam, & dominam, Ani-  
mi insignem modestiam  
non attingam; quâ ita  
submissè de Te sentis, ut  
cum omnibus superior-  
sis, neminem tamen con-  
temnas, omnes diligas,

A 6 & iu

## DEDICATIO.

& in singulis inuenias a-  
liquid quod Tuo fauore  
dignum sit.

Sic itur in alta  
Stat. Pectora, Sic mixto reverentia  
fudit amori. Verum

παυσομαι σ' αἰνῶν. ἐπεὶ  
Βάρος τι καὶ τῷδ' εἶν, αἰνῆ-  
θαι λίαν.

Eurip.

desinam  
laudare te.  
quia mole-  
sum etiam  
hoc est, lau-  
dari nimi-  
us.

Hoc tantum rogo, ut pro-  
jectitum hunc & à pa-  
rente jam expositum fœ-  
tum curioso amantissimi  
pectoris Tui εὐτροφεῖω ex-  
cipias; ut solido ibi cibo  
pastus, valentior exeat,  
& difficultatibus omni-  
bus caput objectare au-  
deat. Vale Reucrende

ad-

DEDICATIO.

admodum atque eximie  
Pater. Monachij ex mu-  
ſæo nostro Kalendis Sep-  
tembris CIC 10 cxx.

R. P. T.

æternūm deuo-  
tissimus

F. Cornelius Curtius

Augustinianus Belga  
Bruxellensis.

Ad

AD LIBRUM  
R. & doctissimi P. F.  
**CORNELI CVRTI**  
De  
**CLAVIS CHRISTI**

Epigramma.

O bene CORNELL, tua quæ  
pi a paruit auris  
Eximis sancto Präsidis imperio.  
Ecce quatergeminos jussus descri-  
bere CLAVOS,  
Sanguine pendenteis qui rubue-  
re Des,  
Admōsti dictam felici Numinē  
dextram,  
Victurum semper quæ tibi fin-  
xit opus.  
Erutacum CLAVIS Patrum sibi  
docta vetustas,  
Ingenio CVRTI vivere jussas  
tuo.  
Ut r radiant toto sub noctem sideras  
caelo,  
Sicutus ē CLAVIS mox rædia-  
bithenes ; Qui

Quir utilis figent corniculum  
natelis,

Affigentq; tuis pectora doctas  
libris.

Gemma solet durum magnetica  
ducere ferrum,

Hoc ferrum summo duxit ab  
axe Deum.

MATTHÆUS RADERUS  
De Soc. Iesu amoris  
ergo accinuit.

Doctissimo & Reverendo  
Patri,

CORNELIO CVRTIO.

COR mibi qui duadum fueras,  
radiare cupisti,

ut simul & posses huius esse mihi.

O factum bene! jam CORNELIUS  
es mihi totus;

Huius ingenij, COR genijq; mei.

Felicem

*Felicem totum me dixerō, si modo  
detur,*

*De radijs aliquid participare  
Tuis.*

*Quis seit an  $\sigma\tau$  Cnopus poterit  
flamme scere quondam,*

*Et SOLEM quamvis impare  
luce sequi?*

F. Paullus Cnopus  
Eremitanus.

**A D**  
**CLAVOS DOMINICOS**  
**Eiusdem**

**F**atis inquis plurimi famam  
suam  
Alto caducæ glorie appendunt  
tholo;

*Quæ sequioris sœpè vulgi fla-  
mine*

*Aut Zoili decussa motu deperit.  
Occurrit illi CURTIVS carè malo:*

**CLA-**

modo  
bare  
terit  
ere  
as  
OS  
nam  
ent  
fla.  
rit.  
salo:  
LA-

CLAVOS DOMINICOS dum  
stile polit novo,

CLAVIS ijsdem quatuor trabali-  
bus

Æternitati nomen infigit saum  
Nulla emulorun demovendum  
turbine.

F. Simon Dollingerus  
Augustinianus Mo-  
nacensis.

APPRO-

**APPROBATIO**  
*Facultatis Theologicae.*



Uoniam hoc libro  
de CLAVIS Christi  
Domini multa di-  
ligenter conquisita, & do-  
ctè disputata continetur:  
nec à bonis morib' aut or-  
thodoxa Religione quic-  
quam dissonum est; id.  
circo auctore Religioso  
& docto opus dignum,  
quodq; utiliter in lucem  
edi possit, iudico, Ingol.  
Kalend. Jan. An. 1622.

*Gaspard Lechnerus Societ.  
Iesu S. Theologie Pro-  
fessor Ordinarius & pro  
tempore Decanus.*

*Li-*

*Licentia Superioris.*

**E**GO F. NICOLAUS  
CRUSENUS S. Theo-  
logiæ Doctor, atque Ord.  
FF. Eremitarum S. Au-  
gustini per Boiarium Vi-  
carius Generalis, conce-  
do facultatem typis man-  
dandi *De CLAVIS DOMI-  
NICIS librum* F. Cornelio  
Curtio Augustiniano. In  
quorum fidem has literas  
manu meâ subscriptas, &  
officij mei sigillo munitas  
dedi Viepachij 23. Octo-  
bris 1620.

*F. Nicolaus Crusenius  
Vicarius Generalis.*

*F. COR-*



FODERVNT MANVS MEAS ET PEDES MEOS.



Figere nil opus est CLAVIS; satis hæret IESVS  
Firmiter heu! nostris in Cruce criminibus.  
Raph. Sadeler excudit cū priuilegio.



F. CORNELI CURTI.

Augustiniani

# DE CLAVIS

DOMINICIS LIBRI

## CAPUT I.

Scriptio*nis* occasio. Æmule-  
rum copia. Divine opis im-  
ploratio. Materie.  
dispositio.

**E**X Lycuo Anglo-  
politano Boiariz  
& toti<sup>9</sup> pænè Ger-  
maniz delicio, in urbem  
principem, cui Monachi  
nomen fecerunt, superi-  
oris meiscripto evocatus  
eram; quod illic operâ  
m ci  ei opus esset. Jam  
cum

2° F. CORN. CURTI.

tum ibi in Belgarum fa-  
miliaritatem penetro:da-  
mus, accipimus salutem  
mutuam, & juxta Patriæ  
nostræ genium, bellè &  
Belgicè copulamur. Fre-  
quens me visit Sadelerius  
inter Ambivaritos natus  
homo antiquę probitatis,  
industriæ novæ, in arte  
sculptoriā politissimus, e-  
ruditionis adhæcamator  
& ad stuporem admira-  
tor. qui cùm doctrinæ  
meæ testes locupletes, aut  
ut verius dicam, nimis  
benevolos præcones ali-  
os audivisset, is ipfus co-  
rà in studioso alloquio sci-  
entiæ meæ periculum fa-

CERE

DECLAVIS CHRISTI. 3  
cere voluit. Sed, prô De-  
um immortalem! quâm  
multi sunt, qui thesaurû  
omnem in linguâ situm  
habent, & cùm garriunt,  
σοφοί planè, non tantum  
φιλόσοφοι videntur: ubi  
verò meditari aliquid oc-  
cipiunt, & cedere quod  
in omnium manus, ocu-  
losque veniat, tum acetî  
nihil illis in pectore est.  
ut verè de illis dicere pos-  
sis, quod de lusciniâ qui-  
dam: Vox, præterea nî-  
hil. Documentum ergo  
scriptum & publicum ro-  
gat: orat, ut commenta-  
rium quemdā P. Angelii  
Augustiniani in oyâ histo-

B mā

4 F. CORN. CURTI  
riâ inlustrem, & testet, si  
quid cordis Cornelius ha-  
beam. Ego, qui conscius  
eram infantiae meæ, qui  
numquam hactenùs per  
calatum publicè loqu-  
ausus fueram, excuso co-  
dicum penuriam, meam cia  
ipsius imperitiam, & La-  
tinis sermonis jam pridem ope-  
neglectam venustatem. & I  
Objicio momos, æmu aux  
fósq;, quorum nunc ma- hil  
jor copia est, quàm olim ligr  
*Plan.* muscarum (ut ille loqui am-  
tur) cùm caletur maxi etia  
mè: qui scripta priùs car. esse,  
punt, quàm legunt; & gatc  
antè quàm in tribunal ve non  
nerint, abitione finistrā An i  
rigidi

DE CLAVIS DOM. 5

rigidi isti Areopagitæ ad  
θ. nigrum autorem reum  
improbè damnant. Vix  
qui hæc dixeram : ibi tum  
R. <sup>dus</sup> P. NICOLaus CRU-  
SENIUS, cui à R. <sup>mo</sup> Ge-  
nerale Boiariæ Provin-  
cia Commissa erat, me  
La pluribus verbis hortari,  
dem opem operamque suam,  
m. & librorum optimorum  
nu auxilium promittere; ni-  
ma hil esse, quod invidiæ ma-  
lim lignitatem timere debe-  
qui am, omnibus hoc viris  
axi etiam magnis commune  
car. esse, neq; Mundi Repur-  
; & gatorem Herculem Ju-  
venone unquam caruisse.  
stra An ideo (inquit) oppres-  
gidi

B 2 fus

6. F. CORN. CURTI

fus est , quia odio illius  
pressus ? immo an non  
clarius emicuit ista virtu-  
tis genuina vis, postquam  
haec invidiae umbra ad-  
cessit ? Te quoque, non  
falleris, stimulus hic ma-  
net, monetque ne lente-  
scas, ne dormites usqu<sup>a</sup>  
Obsibilabit tibi undique  
haec exetra , & conatu-  
etiam egregios arrodet  
& si ullo modo pote el-  
comminuet penitus. Tu-  
um est masculum peccatum  
opponere, & dentem ni-  
grum virtute retunderet  
Terruit me amplius ista  
vox, tantum abest, ut a-  
nimare potuerit. Quar-

ma

DE CLAVIS DOM. 7

maximo cœpi opere ob-  
testari, ut hoc in fortio-  
res humeros onus injici-  
at, me ferendo non esse  
non rectè bovem adduci  
ad ceroma, aut τὸν ὄντα λύ-  
εσαι admoueri: alijs me li-  
benter επιώντος concessu-  
rum & cessurum. Ille  
modestiam hanc parum  
modestam interpretatus,  
duriusculis verbis me in-  
crepat; & Oportet te, in-  
quit, hæc Cineralia ieju-  
nia pietatis aliquo officio  
consecrare. quare

*Fac sis vacivas ædeis auri-  
um, sicut ubi obi-  
plano.*

*Mea ut migrare dicta-  
munt possint, quod volo.*

B 3 De

8 F. CORN. CURTI

De CLAVORUM IESU  
Christi Crucifixi nume-  
ro libellum conscribes.  
& ut non sit sine merito  
labor iste, ita jubeo, &  
pro autoritate meâ id  
impero. Isto plusquam  
ædilitio edicto, tanquam  
fulmine aliquo percussus  
& perculsus accipio im-  
perium, arbitratus satis  
mihi esse, si obediendo  
Deo & Præpositis place-  
rem, licet teneris fortas-  
sè eruditolorum auribus  
displicerem. Postridie  
igitur, cùm somno pla-  
cido defunctus essem, &  
me ad æris campani fo-  
nitum, ut Catholicorum

mo<sup>s</sup>

## DE CLAVIS DOM. 9

su mos est , salutari crucis  
ne signo munirem , venit in  
es. mentem imposta pridie  
rito provincia , & alterū rur-  
& sus alterumque signum  
id imprimens , ad scriben-  
am dum animum obfirmo  
am atq; obstino . & jam cha-  
sus ractere isto sacro alacri-  
m- or , in genua procumbo ,  
atris & eum qui per Clavos ,  
ndo crucis tulit supplicium ,  
ce- supplex invoco . Morta-  
tas- lium salus unica , & capti-  
bus varum animarum hyrum ,  
lie Iesu Christe , qui Patri Aeter-  
no victimam te dedisti , & ad  
, & mortem usq; crucis obediens ,  
fo- eidem CLAVIS trabalibus te-  
um & peccata nostra adfixisti , ut  
nos

TO F CORN. CURTI  
veteribus vinculis emancipa-  
tos nos ad te traheres; Ecce  
ego virtute quoq; obedientia  
ad tuam crucem impellor, ut  
SS. vulnerum tuorum preci-  
pua instrumenta CLAVOS  
inquiram, numerem, distin-  
guam, & testimonij certis  
firmisq; calculum meum qua-  
lempung; probem. Verum quia  
anima mea vulnera à tuis mu-  
nicipalibus separant, instru-  
menta vulnerum meorum  
peccata tuis adversa sunt;  
bæc & illa tolle per ista tua  
ut cognoscat intelligatq; per  
virtutem obedientiae, que i-  
gnorare merebatur anima per  
culpam. Confige CLAVIS ti-  
meris tui mentem, & tam

NA.

DE CLAVIS DOM. II

manum ; ut nihil ista dicet,  
hac scribat, quod à virtute  
alienum est , aut à verâ pie-  
tate alienare quemquam pos-  
sit. Subitoque stilum &  
palimpsestum in manus  
sumo, & materiem ope-  
ris sic ordino. An Chri-  
stus etiam CLAVIS fixus;  
An tribus tantum ; Anu  
pluribus; ubi illi, & qua-  
les, & quis cultus eis de-  
bitus ? Quæ non pressè  
strictimq; sed latè omnia  
fuseque Patrum testimo-  
nia & venerandæ an-  
tiquitatis reliquæ

comproba-  
bunt.

B, CA-  
nolog

## CAPVT II.

*Christus verè CLAVIS fixus.  
Westphalus retun-  
ditur.*

**A**Ngustis satis cir-  
culis hunc circū  
meū circumscri-  
psi, non est verendum,  
ut carceribus suis emissi  
equi ante metam defici-  
ant; si modò ego doctè  
fræna moderari, calcari-  
bus aptè & voce anima-  
re potuero. Verùm quod  
se mihi misero porten-  
tum in limine objicit?  
quis ille toto exorrexit  
stadio anguis, semitam  
intercludit? jam mihi Pe-  
gasum

gasum aliquem conscen-  
dendum esse video, ut  
congrediar cum hoc ser-  
pente. sed sumne ego fa-  
tuus, qui panico timore  
ita muliebriter tremo ad  
conspectum hujus mon-  
stri & monstri inquam.,  
mortui? nam nisi me fal-  
lunt oculi, hic est Pythō  
ille Westphalus, quem  
tot Phoebi olim tam im-  
manibus telis confixe-  
runt. certe is ipsus est:  
en ut nigrum virus emi-  
fit, & jam vires amisit. to-  
tus anguis exanguis est.  
Quid igitur ego hic ani-  
mi pendeo, & dubito e-  
orum meorum ungu-

B G Lis

14 F. CORN. CURTI  
lis morticinum hoc for-  
didum proterere, & for-  
titer transire? An peri-  
culum est, ne hoc Tar-  
tareū & ex Cerberi spu-  
mâ propagatum aconi-  
tū vicinū aërē corrupe-  
rit? sed ille recens, purus,  
& defæcatus est. Hoc u-  
num mihi stuporem in-  
jicit, quod video litera-  
tum esse hoc venenum,  
quod impurata illa bel-  
lua tam doctè eyomuit,  
ut in arenâ quasi articu-  
latè fluens elementa di-  
stinguat, & cantet, in-  
quem jactum sit. Legam

Ioā. West. igitur & transibo. Quis scilicet  
phalus in an Judai Christum alligave-  
Genc. de

DE CLAVIS DOM. 15

rint cruci? O pestilens bla-  
phemē, orco edite, non  
homo, cum obscenis pa-  
triæ quæ suib⁹ in eandē  
harām includende; itāne  
audes tu obgannire Ec-  
clesiæ, & rosas Euange-  
licas succerdā olidissimā  
conspurcare haudēsne,  
inquam; Magnum illum  
Joannem, oculatum o-  
mnium Christi actionum  
passionumque arbitrum  
infidelitatis arguere? in  
dubium vocare ejus te-  
stimoniūm, in quo no-  
stra statq; caditque fides?  
tūne Aquilam illam cæ-  
citat⁹ insimulare possis,  
quæ in radios solis inac-

pas. Dom⁹  
⁹, apud  
Præcolum  
in Catalo-  
go heretico-  
rum.

B 7 cess-

for-  
for-  
eris  
ar-  
pu-  
oni-  
ipe-  
rus.  
ca-  
in-  
era-  
um,  
bel-  
uit,  
eign-  
di-  
in-  
gam-  
uis scil-  
gave-  
rin

16 F. CORN. CURTI

cessibiles fixis irretortis-  
que oculis intuita est? tú-  
ne de mendacio eum su-  
spectum reddere, qui ex  
limpidissimo ipsius Veri-  
tatis fonte bibt, quid-  
quid eructavit? Traditi-  
ones omnes sectarij ride-  
tis, contemnitis, pessum-  
datis: donet hoc aliquis  
vobis (quod nullo tamen  
jure donari debet aut po-  
test) donet, inquam, hoc  
aliquis vobis: an non Eu-  
angelium Joannis scri-  
ptura est? cui soli fidem  
vestram adfigitis, à quâ-  
ne transversum dígitum  
aut latam stipulam disce-  
dere vultis, an non apud  
dile-

DE CLAVIS DOM. 17

dilectum Deo discipulū  
Thomas pertinaciter in-  
credulus loquitur: *Nisi vi-  
dero in manibus ejus fixuram* Ioañis 20.

**C L A V O R U M :** *E* mittam  
digitum meum in locū CLA-  
VORUM, *E* mittam manum  
meam in latus ejus non cre-  
dam? Quid hīc ô effrons  
Hæretice oppones? Nū-  
quid Thomę dubitationē  
postea ipsa solvit experiē-  
tia, cùm Christus apud  
eundem Euangelistā di-  
cit: *Infer digitum thum huc*  
*E* vide manus meas? Quid  
hæc verba innuunt ô im-  
pie? Intulit quidem, in-  
quies, digitum in plagam  
lateralis; sed quia dicit,

*Vide*

*Ioañ. 20.*

*Hiatus 50  
01.05.2020  
11:55*

18 E.CORN. CURTI

Vide manus inspexit tan-  
tum fortè strias lividas  
ex funium impressione  
relictas. Certe funibus  
contradictionum, cere-  
brum tibi ita constrictū  
est, ut extra falsitatis se-  
pta libere expatiari nō  
possit. Graium illum, sa-  
crum Poëtam, Joannis  
paraphrasten audi.

Nonnus in  
cap. 20. Io-  
annis.

Δός μοι δεῦρο πέπον σέο δά-  
ῆτυλον, οὐ φρα πελάσσω

Μάρτυρ ἀναιφύρισον εἰς οὐ-  
ξυόφων τύπον ἥλων.

Καὶ παλίμας ἐκάτερον  
μᾶς ἴδε.

Damib[us] huc ô amicet uñ di-  
gitum, ut admoveam

Testam

DE CLAVIS DOM. 19.

Testē indubitatum ad acce-  
tē penetrantiū figuram

CLAVORUM,

Et manus ntrīng meas vide.

Ita & ceteros discipu-  
los in fide vacillantes cō-  
pellat, compellitque ad  
credendū Christus apud

Lucam: Quid turbati, in-  
quit, estis, & cogitationes  
ascendunt in corda vestra?

Videte manus meas & pedes,  
quia ego ipse sum. Palpate  
& videte, &c. & cùm hoc  
dixisset, ostendit eis manus &  
latuus. Ecce uis personam  
nisi Christi sustinet. Da  
vid cùm ait, Foderunt ma-  
nus meas & pedes meos? for-  
te quædebebit hæc fossio

Luc. 4.2.

Psam. 21.

ad

20 F. CORN. CURTI  
ad ligones aut rutra &  
non ad CLAVOS referri?  
Obsecro te, tribuísne ali-  
quid Magno Augustino?  
solent, scio, alij ex scho-  
lâ tuâ. Scin' quid ille di-

D. August. cat de Christo? *Nisi CLA-*  
*ia ps. 68.* *vis fixus esset, erucifixus non*  
*fuisset.* Id colligebat ille  
Doctor ex cucifigēdi vo-  
cabulo, quod Græci u-  
surpare solent, *σαυροῦν* &  
*σκολοπίζειν:* fixio enim hic  
significatur. potissimum  
verò ex verbo *προσηλῶν*,  
quo frequenter utuntur,  
quod ex vi suæ origina-  
tionis propriè in cruce  
clavationē denotat. Di-  
ces, scio, *κρεμᾶν* apud  
Græ-

DE CLAVIS DOM. 21

Græcos quoque non rā-  
rò inveniri, & suspensiō-  
nē indicare: Sed respon-  
debit tibi & demonstra-  
bit ex Curtio & Ariano

Lipsius, & post eum Gret-  
serus, suspendi & adfigi  
pro eodem usurpata fu-  
isse. Quare jam video  
quoque, quæ tibi nebula  
lucem eripuerit, & in er-  
rorem tam crassum in-  
duxerit. legebas cap. 21.  
Deuteron. quòd adjudi-  
catus morti, adpensus  
fuerit in patibulo; unde  
colligis Judæos funibus  
aut laqueo sustulisse in  
crucem reos, non CLA-  
VIS fixisse, & ita pergis  
de

Lipsius lib.  
I. de Cruce  
cap. 4.  
Gretserus  
lib. I. de  
Cruce cap.  
19.

22 F. CORN. CURTI  
de Christo ambigere. O  
Heraclite, ô Democrite,  
cur numerò estis mortui?  
tu, ut effusissimis lachry-  
mis deplores in fusa bru-  
ti hominis ineptiam; tu  
verò sonatissimis cachin-  
nis, pingue hujus West-  
phali ingenium irrideas.  
Non potest in animum  
suum rudis ille Gramati-  
cus inducere, ut credat  
CLAVIS adfixos in pati-  
bulo, rectè & latinè ad-  
pensos quoque dici. Poë-  
tæ id eū docebunt. Cru-  
cifixus est Achæus, cui  
id non manifestum est ex  
Polybio? & ramen Naso  
ita scribit.

Polybius  
lib. 8.

Mors

ab

DE CLAVIS DOM. 23.

More vel intreas capti  
suspensus Achæi,

Ovid. in

Ibin.

Qui miser auriferâ teste  
pependit aquâ.

Si audacem translatio-  
nem Poëtis concedendā  
dicet; Seneca quoq; non  
alio verbo usus est. La-  
trocinium, inquit, fecit ali-  
quis. quid ergo meruit? ut su-  
spendatur. Næ, frustræ ego  
mero meridie huic talpæ  
lucem ostendere enitor,  
cui tam splendidus Euangeli-  
radius oculos ape-  
rire non potuit. Quare  
nihil caussæ est, cur diu-  
tiūs cum illo conflictari  
debeam; qui victus etiam  
& vincitus, nunquam ta-  
men

Seneca epū  
stola 7.

24 F. CORN. CURT.  
men herbam porriget.

Morat.

*Unius addictus enim jux-  
rare in verba magistri*

Dæmonis, audebit etiā  
*πρὸς τὸν ἥλιον τελέσαμενον λα-  
λᾶν.* cum Hannibale jus-  
sus est ad aram contra-  
Romanos jurare. Ne igi-  
tur logodædalus videri  
possim, alios de hoc nu-  
gone triumphare permit-  
to, qui in eum magnâ li-  
bertate velut *ἐξ αὐτοῦ*  
debacchati sunt. ego  
ad numerandū, di-  
gitos compo-  
no.

C A -

CAPUT III.

Ternarius CLAVORUM numerus insufficiens. Daniel Mal-  
lonius refutatus; ejus con-  
jectura rejecta.

**S**N numero CLA-  
VORUM calculus  
omnium non est  
unus. Ternionem divinis  
personis sacrum, etiam  
CLAVIS dedicatum esse  
volunt plerique omnes.  
Totam verò machinam  
opinioñis suæ in penicil-  
lo & cælo pictorum scul-  
ptorumque potissimum  
fundant. Sed ô Divi!  
quàm fragile & junceum  
hoc

26. F. CORN. CURTI  
hoc est, cui cui innituntur. artificum istorum ingenia à varietate, non à veritate aestimamus; & in pretio habemus pictores, qui simul factores docti. Hanc libertatem jure antiquo obtinēt, & multis jam saeculis liberrim usurparunt.

Horat.

*Pictoribus atq; Poëtis  
Quidlibet audiendi semper  
fuit æqua potestas.*

Unde si Tragœdi quoque Græci, quisquis illis sit, qui Christum Patien-

D. Grego- tem luctuosā in orchestra  
rio Naz. á- cothurno ad Crucem  
zeno hæc Tragœdia ambulare jussit; si, inquā  
adscribi so- Poëtae istius autoritas ad-  
pet. son dicu

I  
tun-  
n in-  
on à  
; &  
icto-  
s do-  
jure  
nul-  
rim  
tis  
mpe  
as.  
quo  
s ill  
tien  
estri  
icem  
s ad  
dicu

DE CLAVIS DOM. 27

ditur qui Crucem Domini-  
nicam τρίσηλον ξύλον, id est  
trium CLAVORUM lignū  
indigitavit, eodem illum  
titulo & honore cum pi-  
etoribus dignabimur.  
Quare nisi miseris hisce  
præsidiū aliud mittitur,  
jam Tragœdī nāniam ri-  
debunt flagitribæ in  
scholis pueri, & ultra cre-  
pidam sutores, rursùm  
imagines atque statuas  
arbitrari occipient. Sed  
hēus pictores, nolite vos  
quoquam movere, stātim  
estate statuarij, hyperaspī-  
sten vobis advenire vi-  
quā deo, qui sub Alphonsi  
Palæotti signo auxiliare

883

C

vo-

28 F. CORN. CURTI

vobis agmen agit,

magniqz ipse agminis instar.

Qui quia proverbium il-

lud, εντὸς λεωφόρου μη βα-

δίζειν pro veriverbio au-

potius oraculo habet

communem insistit viā

& vos in tutelam suan-

recipit, penicillo sq ue ve-

stros ingeniosissimos a-

cutissimo stilo defendit.

Ecce inquā Daniel Mal-

lonius, vir in hāc aren-

pugil versatissim⁹ versu-

tissimusqz; arma expedi-

vit, lectissimā militū legi-

onē lustravit, expectatqz

ut cōmodè in nos impe-

tū faciat. Sed ita me Ral-

las nostra respiciat, ut Con-

eg⁹

eg⁹

I DE CLAVIS DOM. 29

ego nullā militiæ faciē,  
nullam aciem rectè hic  
ordinatam invenio. Non  
video triarios, qui belli  
molem sustineant; non  
sunt cataphracti, qui  
hostium vim repellant.  
quare quād audenter il-  
li in pugnam exeunt, tā  
confidenter nos repugna-  
bimus, & dissipabimus  
uno impetu totum hoc  
agmen. Bene est; jam ca-  
stra movent. Veterani,  
sed ii intermes atque in-  
ertes in arenam descen-  
dunt. volant ecce tela,  
catapultarum seges in- Daniel Mal  
gruit. *Dacet vetus Historia* Ionius in c.  
Constantinum nro CLAVO- 19. Palaeos  
ego

C 2 RVM

l. 10. 352o

30 F. CORN. CURTI

RVM galeam munivisse, al-  
tero frenum. O vietos, fra-  
ctos, & laceros lacertos.  
nos ista jacula nondum  
attingunt, nedum ut pe-  
netrent. nam quòd isti  
positis trium CLAVORVM  
numerus solidus collig-  
possit, nec ipsa mihi ar-  
ithmetica persuadeat. im-  
mò ver' ista historia vo-  
pessum dabit, & in jugo  
lum vestrum spicula ista  
hæc paullò pòst retor-  
quebuntur. Ergò succe-  
dunt rorarij & levis ar-  
maturæ milites cunea-  
tim omnes, id est, conje-  
cturis pluribus res agitur  
quan-

MMLVII. 3. 3

I DE CLAVIS DOM. 31

, al quando ἀποδείξεις nullæ  
fra-  
suppetunt.

Primam conjecturam  
di ansam dedit Clara no-  
stra, virgo inter Augusti-  
nianas monachas vitæ  
sanctitate, & miraculorū  
gloriâ inlustris. hanc e-  
nim cùm ardentissimus  
in Iesum crucifixū sym-  
pathiæ amor incenderet;  
& continuis ignibus ve-  
lut Aethnam aliquam, doi-  
penitum inflammaret at  
que depasceret; ne eo ab-  
sumpto tandem cum vi-  
tâ incendium istud san-  
ctum extingueretur, Ser-  
vator qui ignem ardere  
vult, quem mittere in

C 3 ter-

32 F. CORN. CURTI  
terram venit , hunc fla-  
grantem Vesevum, cæle-  
stem,inquam,istum divi-  
ni amoris caminum visi-  
tare dignatus est , & lu-  
culentam,eamq; immor-  
talem vitalis flammæ ma-  
teriam in eum immisit  
seu, ut clarius edisseram,  
**sese mortemque suam &**  
**sacra mortis instrumen-**  
**ta in D. Virginis corde**  
**insculpsit. O rem stupen-**  
**dam & antidhac inaudi-**  
**cam ! MARIA**

*jam similem visa est &  
habere sequentem.  
ecce altera Theotoco  
compareret. Maria Chri-  
stum in utero, Clara no-*

*stra*

DE CLAVIS DOM. 33

fla- stra in corde concepit. ex  
æle- illius sanguine purissimo  
livi- sacratissimum Iesu cor-  
visi- pus formatum est; hæc  
lu- etiam carnem submini-  
nor- stravit. illa puerum; hæc  
ma- virum enixa est. blandi-  
isit dulum illa & ridentem:  
am hæc crucifixum genuit.  
m & illa sine dolore peperit;  
ben- hæc ipsa etiam doloris  
rde instrumenta produxit. u-  
pen- traque tamen

*Gaudia Matris habet cum  
Virginitatis honore.*

Nescio, an nostra ideo  
infelix, quia post partum  
non vixit. certè digni-  
tatem genitus majorem  
obtinet, & quia non nisi

C 4 cæfo

34 E. CORN. CURTI  
cæso cordenatus est, Cæ-  
sar is nomen sibi vendi-  
care potest. Sed puerpe-  
ram nostram visitemus.  
Illa quidem seu majesta-  
te filij oppressa, seu dolo-  
ribus, decessit in verùm  
exemplò cor ejus ab ob-  
stetricibus symmonachis  
excavum est, divinum ga-  
zophylacium apertum,  
repertus thesaurus mira-  
bilis & memorabilis. La-  
taminé an tristem parti-  
tudinem hanc posthumā  
dicam, shæreo. apparet  
fœtus virilis, sed ille mor-  
tuus, recenti etiamnum  
manans sanguine & cru-  
ci adfixus. pro secundi-

clauso

+

nis

I  
Cæ-  
ndi-  
rpe-  
nus.  
esta-  
olo-  
ùm.  
ob-  
chis-  
i ga-  
um.  
tira-  
La-  
arti-  
umā  
are:  
nor-  
rum  
cru-  
ndi-  
nis

DE CLAVIS DOM. 35

nis omnia hinc inde ja-  
cent passionis instrumen-  
ta; pendent quoque ex  
tribus nerviculis tres ve-  
luti ferrei CLAVI. Non  
possum ô Malloni nega-  
re rem ita se habere, nisi  
velim adfirmare non ha-  
bere me oculos, qui ea  
præsens incredibili ani-  
mi hilaritudine inspexi  
& veneratus sum. Fate-  
or, hi CLAVI pungunt me  
aliquantum, sed nondum  
tuæ opinioni adfigunt.  
Veram ergò esse histori-  
am hanc, quam teste Işı-  
doro Masconio probas,  
ego quoq; ajo, sed omni-  
modam cum re, quam

Idorus  
Masconius  
in vitâ D.  
Claræ de  
Montefal-  
co.

C s repræ.

idem quo-  
que confir-  
~~mat Matri~~  
Petronius  
~~In vitâ ejus~~  
~~dem Divæ.~~ repræsentat, convenien-  
tiā habere, hoc est quod  
audaciter inficias eo. Illa  
enim passionis totius i-  
mago ex pio Sanctæ Vir-  
ginis phantasmate gene-  
rata est: ita ut in corde  
quasi tabulâ, venis quasi  
lineamentis omnia hæc  
simulacra cogitatio arti-  
ficia diduceret, & san-  
guine pro colorū requi-  
scâ varietate temperato,  
hoc miraculum depinge-  
ret. An quia Diva illa ta-  
lē de crucifixo meditati-  
onē instituit, statues talē  
quoq; crucifixionē fui-  
sse? Non arbitror, si sensu  
tantum comuni nō cares.

A

DE CLAVIS DOM. 37

At hæc instrumenta non ad Christi passionem demonstrandā, sed ad ferventem Claræ amore pōsteris declarandū, cælata sunt. Extra hujus igitur teli jactum etiā sumus.

Ceteræ conjecturæ parūm prudenter conjiciuntur. vult Mallonius lateram Tau, quæ Crucis figura est, & tria latera habet, numerum CLAVORUM fundare, frivola est hæc ratio, & ab homine parūm sibi præsente ex cogitata. nam si figura suo figurato conformari debet, confirmari tantū potest Crucem talem fu-

C 6 iste

38 E. CORN. CURTI  
isse. Absalonis quoque  
trib<sup>9</sup> lanceis confossi my-  
sterium ad CLAVOS suos  
nimis ingeniosè detor-  
quet. & profectò si tali-  
bus typis agendum est,  
nostrum numerum sex-  
centi præsentabunt. sed  
eos Meditationib<sup>9</sup> relin-  
quere potius est.

Rursùm ergò ad ima-  
gines delabitur, & à pi-  
ctoribus suæ opinioni au-  
toritatē emendicat. nunc  
quidem familiis cogitavit  
cùm antiquas sumosafq;  
inquirit, in quarum pul-  
vere sepulta forsan late-  
bit veritas. In Vaticano  
inquit, icon est, in qua

Di-

I  
que  
my-  
suos  
tor-  
tali-  
est,  
sex-  
sed  
elit-  
ma-  
pi-  
iau-  
unc-  
avit  
afq;  
pul-  
ate-  
ano-  
qua-  
Di-  
**DE CLAVIS DOM.** 39

Divum Petrum tribus  
CLAVIS pictor fixit. Sit  
ita mi Daniel: inde tu ô  
bone, colliges Christi in  
cruce clavationem? vah  
Chrysippæum acumen!  
Pictor idem Petri pedes  
in cœlum erexit, caput  
verò in terram detorsit;  
voles quoque Christum  
non aliter esse crucifixū?  
Ridebis, & dices hoc non  
sequi ex priori: & ego  
risum tuum video, & di-  
co alterum non aliter se-  
qui ex primo. Cùm enim  
tū scias ex Lipsio, Gret-  
sero, &c. arbitrariam fu-  
isse hanc fixionem; cul-  
tibi in mentem venit u-

**C 7 nam**

40 P. CORN. CURTI  
nam ex alterâ inferre?  
Martyrum multi manus,  
& pedes, & ipsum caput  
pluribus Clavis transfi-  
xi sunt, & hoc non ex

De Agrico sculporibus, sed ex sa-  
la Martyro cris scriptoribus manife-  
log. 4. No- stum est; ergo non  
vemb. Am. bros. ex pauciorib⁹ Christ⁹?  
hort. ad Virgines. Equum Excita te p. et lo-  
De philo- quidog, bonus dormitat  
meno Mar tyr. log. Homerus. id ab  
29. Novēb.  
&c.

CA.  
G

Quaternarius CLAVORUM  
numerus adstruitur. Confir-  
matur SS. Patrum autorita-  
te, fide Historicorum, & ra-  
tionum pondere.

**H**actenùs adversa-  
riorum impetum  
& tela fortiter su-  
stinuimus atque excusí-  
mus ; nunc nostrum est  
pedē atq; vim inferre, &  
imbellē istā manū ever-  
tere, aut convertere certè  
infugam. Agitedum ma-  
nipulares mei : excurri-  
te emissarij; exite primi-  
pili , qui tametsi nulla  
rati-

42 F. CORN. CURTI  
rationis arma objiciatis,  
ipsâ tantum autoritate,  
ut Ciceronem Plato, ho-  
stium animos facile fran-  
getis. Ordinem ducat, &  
dicat Innocentius PP. Fa-

Innoc. Pa-  
pa serm. de  
uno mar-  
tyre.

Turon. de  
gloria Mar-  
tyrum. lib.  
1, cap. 6.

erunt, inquit, CLAVI qua-  
tuor, quibus manus confixi  
sunt & pedes adfixi. Pugnat  
cum eodem pro nobis  
Gregorius Turonensis  
Quod CLAVI, ait iste,  
Dominici quatuor fuerint,  
haec est ratio; duo sunt adfixi  
in plantis, & duo in palmis.  
Succurrit Cyprianus, qui  
in sermone de passio-  
ne Domini sic loquitur:  
Cyprian. CLAVIS sacros pedes tre-  
brantibus. Ad quæ verba

Iaco-

I  
at, is,  
ate,  
ho-  
ran-  
it, &  
. Fu-  
qua-  
nfixi-  
gnat-  
obis-  
sis-  
iste-  
rint,  
dfixi-  
lmis-  
qui-  
sso-  
tur:  
tre-  
erba-  
aco-  
-mqua

DE CLAVIS DOM. 43

Iacobus Pamelius appo-  
sitè inquit: *Fuit igitur au-*  
*tor in eâ sententiâ, quod non*  
*unico sed duobus CLAVIS pe-*  
*des Christi terebrati fuerint.*  
& addit, ut suam quoque  
opinionem explicet: cer-  
tè confirmatur *id ipsum ve-*  
*tustissimis picturis quibus-*  
*dam.* Socia arma jungit  
Magnus Augustinus in  
lib. Medit. cap. 6. (quem  
librum adhuc quasi uili-  
capione suum vendicat,  
lis et jam pridem ab illius  
& aliorum plurium pos-  
sessione nasutuli cōjusdā  
censurâ miserè dejectus  
sit. Jure an. injuriâ, alij  
discutiunt, quibus etiam  
cen-

Iac. Pame-  
lius.

S. Augusti-  
nus.

44 F. CORN. CURTI  
censuræ illius censuram  
relinquo) atq; ita scribit,  
*Immaculata Christi vestigia*  
*diris confixa CLAVIS.* A-  
pud quos cùm sermo de  
*CLAVIS* pedum fiat πλη-  
θυντικῶς, non. potest ad  
mentem citatorum Pa-  
trum numerus CLAVO-  
RUM ternario absolvī.  
His omnibus accedit D.  
Joannis metricus Scholi-  
astes Nonnus, licet calcu-  
lum suum posteā redu-  
cere, & παλινοδιαγ canere  
videatur. apud illum fu-  
rore ebrij Hebræi sic cla-  
mant.

Nonnus in  
cap. 19. lo-  
gianus.

Οὐρθίος ἔτος ὅλοι το σιδηροφό-  
ρων από γέροφων,

Δεκα-

-150-

I DE CLAVIS DOM. 45

Δραπάνιον Γανάτον ταθεῖς  
τετράζυγι δεσμῷ.

In altum erector hic pereat.  
ferreis à CLAVIS,

Mortis in ligno extensus  
quadrijugi vinculo.

Ubi τετράζυγι δεσμῷ pro  
quatuor CLAVIS accipi  
patet ex verbis antece-  
dentibus.

A nobis quoque stat  
vetus historia testis tem-  
porum, magistra verita-  
tis; quam Mallonius sibi  
favere dicit apud Palæot-  
tum, sed falso. Audiam?  
Ruffinum, qui libro 4.  
Ecclesiast. Hist. ita fatur:  
CLAVOS quoq; quibus cor-  
pus Dominicum fuerat adfi-

Ruffinus

46 F. CORN. CURTI  
xum, portavit ad filium  
(Helena ad Constantinū)  
Ex quibus ille frānos compo-  
suit, quibus uteretur ad bel-  
lum. Et ex alijs galeam ni-  
bilominūs belli usibus aptam  
fertur armasse. Obscero te,  
verba hæc prudēter exa-  
mina. Cùm dicat autor  
*ex alijs CLAVIS* (nota nu-  
merū multitudinis) frā-  
nos esse unitos, munita  
ex alijs galeam; CLAVO-  
RUM ternarium defende-  
re hic potest, & tibi o  
Malloni fauere!

Theodo-  
recus,

Arbitrium suum elo-  
quatur Theodorectus, Cy-  
ri Episcopus, vir. sacrā  
profanaque doctrinā in-  
stru-

DE CLAVIS DOM. 47

structissimus. is ergò lib.  
1. Histor. Eccles. cap. 18.  
ait; CLAVORUM partem  
fræno equi, & partem galeæ  
admixtam, nec non expletā  
fuisse veterem illam prophē-  
tiā Zacchariae dicentis; <sup>Zaccharias</sup> Quod cap. 14.  
est super frænum equi, erit  
Sanctum Domino. Quis por-  
rò de hujus scripturæ  
sensu inter scriptores cō-  
fensus sit, huc non spe-  
ctat, infrà commodius  
dicetur.

Suffragium suum his  
quoque addit Gregorius  
Turonensis, cuius in li-  
bro antè citato hæc sunt  
verba. *Duo sunt, quos su-*  
*præ diximus aptatos in fræno;*  
*tertius*

Greg. Tu-  
ron. lib. 1.  
de gloriâ.  
Martyr.

tertius projectus in fretum;  
quartum asserunt esse defi-  
xum in capite statu & Constan-  
tini. Lux non æquè cla-  
ra, ut hic est sermo. Au-  
scultemus quoque quid  
Joannes Zonaras dictu-  
rus sit, cuius opem Da-  
niel imploraverat. Ille  
quidem tertiâ parte an-  
naliū, pag. 114. de æneo  
quodam & immani si-  
mulacro sic loquitur. Di-

Ioann. Zo-  
nas.

vinus illi Imperator nomen  
suum indidit, CLAVIS qui-  
busdam capitū insertis, qui  
corpus Domini salutiferæ Cru-  
ci adfixerant. Hæc verba  
favere Mallonio qui cre-  
dit, credet quoque pullis

milvi-

anulus

I DE CLAVIS DOM. 49

milvium, capreis lupum  
non inimicum esse.

Immò pro nobis etiam  
Amazon pugnare non  
detrectat, si viris vires  
deficiunt. S. Brigitta re-  
velabit nobis, si quid alii  
fortè obscurè protule-  
runt. lib. 4. Revelat: cap.  
7. hæc leguntur. Perven-  
to igitur ad locum crucifixi-  
onis, & ecce malleus & qua-  
tuor CLAVI acuti in prom-  
ptu sunt \*\*. & paullò pòst  
\*\* & pedes similiter ad fo-  
ramina sua distenduntur,  
cancellati & quasi infra à  
tibiis disjuncti duobus CLA-  
VIS ad crucis stipitem perfo-  
lidum, sicut & manus erant,

S. Brigitte.

confi-

50 F. CORN. CURTI

configuntur. & lib. Extrav.  
Revelat. cap. 51. Pedes  
~~deorsum~~ tracti, & duobus  
**CLAVIS** perfoSSI. & ruti-  
sum lib. 7. cap. 18. Dein-  
de extenso corpore ultra mo-  
dum in cruce posita fuit una  
tibia ejus super aliam, & su-  
junctos pedes adfixerunt in  
cruce duobus **CLAVIS**. Un-  
de si in modo crucifixio-  
nis S. quoque Brigitta  
adstipulari volumus &  
Ioannis Lansbergii judi-  
cium sequi; nulla nobis nar-  
imago adversabitur. der  
Ait enim Beata illa vi-  
nos  
dua, primum unico CLA-  
vO pedem Christi dex-  
terum perforatum esse; tate  
huic

I DE CLAVIS DOM. SE

trav. huic deinde lævum can-  
pedes cellatim superpositū at-  
tobus que ita ligno adfixum, ut  
rur. CLAVUM dexterī pedis si-  
Dein- nister tegeret, CLAVUS  
mo- tamen sinistri pedis de-  
una- xterum non tangeret. at-  
G su que ita novæ picturæ de-  
in- fenduntur, & numerus  
Un- noster non perit. Verūm  
xio- enim verò pictores scul-  
itta ptioresque omnes non  
& tanti pendimus, ut ideò à  
udi conceptā & sanā (ut op-  
obis nāmur) sententiā disce-  
ui- dere debeamus. nam &  
vi- nos infrà vetustas Christi  
CLAVI crucifixi icones adfere-  
dex- mus, quæ facile annosi-  
fie; tate suā tantum autori-  
nūc

D tatis

§2 F. CORN. CURTI  
tatis sibi conciliabunt, u  
spontè hæ novæ recen  
tesque loco cedant, & se  
niores revereantur. Se  
ne curioso nova molien  
tis cerebri impetu in hæ  
opinionem rapi, aut so  
lā aliorum voce moni  
ac moveri videamur; ec  
ce rationes, propter quæ  
ita sentire libuit, imm  
neque aliter licuit.

Primùm nobis ita su  
fit crucifigendi facilita  
quam carnifices quæ  
re certum est, ut quan  
tum fieri potest, sine mo  
lestiâ & periculo suo  
etè expeditéque suppl  
cium exequantur. Jam

ver

DE CLAVIS DOM. 53

verò, quanto commodi-  
us est singulos pedes sin-  
gulis CLAVIS perfodere,  
quàm duos liberos solu-  
tosque unico CLAVO per-  
forare? An putas, tanta  
plagipatidarum (Comici Planus  
verbouitor) erit mansue-  
tudo atque anadæa, ut  
altero non reluctando e-  
luctari studeant, & quan-  
tum potest, torquentē  
impedire in subiecto  
quoque tam molli, tam  
infirmo quàm sapè mal-  
lei istum CLAVUS eludet?  
Trahit nos quoque Ec-  
clesia non parvi aestimā-  
da traditio, quæ tres  
CLAVOS Sacros offendit.

D 2 &

§4. F. CORN. CURTI  
& cultu celebri honorat  
& certe quoque certius  
unū in mare Adriaticum  
ab Helenā imissū. De iis  
qui Romæ & Mediolani  
in veneratione sunt, ne  
mo ambigit. ut autē de eo  
q̄ Treviris asservatur am  
bigere non possim⁹, faci  
vestusta scheda, quæ testa  
tur esse CLAVUM pedis d  
xteri. & sic quoq; jam cō  
firmatū numerū indicat.

Movet nos quoq; no  
parūm Euangelista, q̄  
quatuor numerat milite  
crucifigentes, scilicet ju  
xta quatuor membra s  
genda. quod clarum et  
am est ex tunica partit

DE CLAVIS DOM. 55  
one, quæ quatuor mili-  
tibus facienda erat. Mexi-  
hoc igitur loco concludi  
non obscurè potest, qua-  
tuor etiam CLAVOS fui-  
sse. Tu cæcitis, credo, hic,  
& non vides quo id mo-  
do inferri queat. Lucem  
tibi dabit Seneca, qui  
de carnificibus istis lo-  
quens sic ait: Unusquisq;  
vestrum clavos suos ipse adi-  
git. Si enim suum quis-  
que CLAVUM figebant,  
& quatuor figebant, per-  
curre, quamdiu liber, di-  
gicos omnes, neq; aliū à  
quaternario numerū re-  
ctè facies. Alias alij conje-  
cturas adferunt, quæ ma-

Seneca  
Beata Virgo  
cap. 19.

56 F. CORN. CURTI  
gis pietatem, quām ratio.  
nem movent: quare eas  
Contemplationum Scri-  
ptoribus relinquemus.

Adnectam tamen, quod  
pro numero nostro ad-

R.P. Ange- notavit R. <sup>mus</sup> P. Ange-  
lus, qui nu- lus Rocca, Augustinian  
per heu! Romæ vi- nus, Episcopus Tagasten.  
veredicit: sis, summo Pontifici  
cap. 4. f. 52.

Sacrâ supellestile, in  
Commentario quem scri-  
psit de vivifice Crucis par-  
ticulâ, quæ in Apostolico Sa-  
craario asservatur. Dicunt  
quidam, inquit, ad Chri-  
sti cruciatum efferendū  
& magis efferandam Ju-  
dæorum sævitiam, pro-  
babile videri tribus tan-

cum

I  
at.  
cas  
Scri.  
us.  
uod  
ad.  
nge.  
nia.  
sten.  
ici  
in.  
scri.  
par.  
SA.  
unt.  
Chri.  
endū.  
Ju.  
pro.  
tan.  
cūm.

DE CLAVIS DOM. 57

tum Clavis hanc cruci-  
fixionem esse peractam:  
at illi non vident etiam  
hunc modum non tan-  
tum esse ineptum, sed e-  
tiam ossium fracturæ op-  
pidò accomodum: cùm  
tamen ex Prophetâ &  
Prophetæ interprete Jo-  
anne manifestum sit, nuf-  
lum Christi corporis os-  
confractum fuisse. Hoc  
etiam addo ex Magno Vi-

ro Iacobo Gretsero; à Iacobus  
quibusdam non temerè Gretserus  
animadversum, non nul- ex Societate  
los, qui ut nomen Do- te Iesu rō.  
mini ita & passionem & i. de Crucib.  
passionis instrumenta in lib. x. c. 20.  
vanum sumunt, solitos

D 4 im-

38 F. CORN. CURTI  
imprecati Malum DEI,  
lanceam & quatuor CLA-  
VOS, cum aliquem diri-  
ipsis dirissimè devota-  
re volunt.

## CAPUT V.

Opinionem nostram stabili-  
unt antiqua sigillaria &  
imagines.

**N**unc si potest hu-  
ic sententiæ no-  
stræ ab annos  
simulacris memoriarum cu-  
stodibus fidelibus robu-  
accedere, validissimi  
mœniti sumus: nullum  
adversariorum impetum  
extimescimus, insuper  
bile

I  
EI, DE CLAVIS DOM. 59  
LA- biles sumus. Tota nobis  
diris Italia opitulabitur, Ger-  
ta- mania iuvabit, & quid-  
quid demum in Europâ  
est ædium, vetustarum,  
auxilium præsentarium  
nobis submittet. Ecce  
ab Etruriâ primum  
signum.

D s Hoc

60 F. CORN. CURTI

adon mot ammild



Imago Crucifixi cedarino ligno à Nicodemo ex Pharis  
homine, et ex Principibus Iudeorum uno, discipulo  
Christi Domini ante Passionem occulto, incisæ,  
Lucæ asseruata.

R. Sadeler ex

DE CLAVIS DOM. 61

Hoc nobis è cedro ef-  
figiavit Nicodemus. quē  
quis audeat tantæ impu-  
dentiæ, libertatisque sta-  
tuariæ insimulare, ut non  
veram Christi crucifixi-  
onem , quam ipse præ-  
sens vidit, repræsentave-  
rit? ille, qui Christum re-  
fixit , qui CLAVOS suā  
manu extudit , excepit;  
& sicut piè sentire debe-  
mus, osculo syncero non  
semel amplexatus est, er-  
ravit , aut fallere voluit  
in hoc signo ? Neq; ipsa  
mihi id Suada persuade-  
at. Tantum zelo tribu-  
endū est viri, qui Christo

D 6 fami-

## 62 F. CORN. CURTI

familiaris & \* discipulus  
occultus fuerat, & dein-  
de in ejus sepulturam  
myrrhae & aloes mixtu-  
ram quasi libras centum  
detulit. neque credibile  
hunc voluisse fidei jactu-  
ram facere, qui pro Do-  
minico corpore condi-  
endo tantum in unguen-  
ta argentum effuderat.  
Accedit quod miranda  
nimis mira per hauc sta-  
tuam Deus operatur, qua  
tibi Lucenses omnes me-  
moriter memorabuntur.  
Observandum autem est  
in hoc sculptili repræsen-  
tari Christum quasi jan-  
modò cruci adfixum, vi-

Nicol. de  
Lyra in c.  
19. Ioan.

VIII

vum adhuc & nihil mortalis palloris indutum.. Barba, ut & cæsaries, a vellanæ colorem imbibile videtur ; non protensa , sed in duas quasi Pythagoræas sese dividés semitas. Nuditatem ejus defendit vestis anthracina, manuleata, ex Serum lanâ: fimbrias & eā partem , quæ infra umbilicum est usque ad talos, Phrygiâ acu distinctum, aurum eleganter commendat. Cingulo quoq; eadem ars pretium facit. Corona porrò ex puro putoq; auro est, tanto Rege digna. supra ipsā elemen-

64 F. CORN. CURTI  
menta hæc Græca A. &  
Ω. Immò & calceatus hic  
pendet Christus. calcei  
autem argentei sunt au-  
reis laminis' incrustati,  
& Crucis signo insigniti.  
de quib⁹ rarum est quod  
scribitur. Paupertinus e-  
rat aliquis , ad extremas  
incitas redactus , qui ut  
ne periret, Servatorem  
rogavit supplex penuriaz  
suæ magnæ parvum ad-  
miniculum. ad preces il-  
lius imago , aut potius  
Christus in imagine se  
inclinavit, & mendiculo  
huic dexterum objecit  
calceum, tanquam miser-  
riæ suæ levamen. Cum

the-

DE CLAVIS DOM. 65

thesauro isto jam abitu-  
riebat homuncio; sed æ-  
ditimi rei novitatem ad-  
mirati calceum redeme-  
runt, tantumque auri in  
eius sinum congesserunt,  
quantum satis esset ad  
preciū calcei æquandū.  
ille autē adaptari in hūc  
usque diem non potuit,  
sed calice supposito ful-  
citur. Scrupulus fortassè  
exiguus non exiguā tibi  
molestiā hīc faciet, quòd  
ornatus omnis alienus sit  
à verā crucifixione, quā  
investes rei sustinebant.  
quare aut Nicodemū hal-  
lucinatū esse, aut nos so-  
lēnia insanire suspicabe-  
ris,


66. E. CORN. CURTI  
ris, qui hāc pro Nicodemi  
statuā circūferamus. Sed  
nōdū hunc dissecabit ipsa  
facilē historia, quæ docet  
à posteris, pius Christi fi-  
delibus teguinen hoc ad-  
iectū esse iussu Dei, mo-  
nitu Angeli. Ille ergo à  
Nicodemus sculptus Chri-  
stus CLAVIS quatuor fi-  
xus est; & fidem dare co-  
gimur signo tam veteri,  
viro tam sancto & fi-  
deli.

Numerum eundem  
quoque solidē probat al-  
tera, quam tibi hic  
demonstramus,

et icon. triagoni  
edocimus orationi Istam

Imag.  
et in-  
et scri-

DE CLAVIS DOM. 67



Imago Crucifixi cedrino item ligno à S. Luca Euangelista;  
et in diuiduo S. Pauli omnis peregrinationis Comite, incisa,  
et Siroli prope Anconam asseruata.  
*Rapht. Sadeler excudit.*

68 F.CORN.CURTI

cæ  
dic  
ger  
tat,  
una  
for  
spin  
tem  
sup  
ita  
ver  
quid  
nih  
sim  
mit  
spa  
gale  
quò  
Pila

-03

Istam autem S. Lucas  
cælavit. & quis falsitatis  
dicā Euangelistæ impin-  
gere audeat? quis admic-  
tat, ut comiserit perfidiā  
una eademq; manus? an  
fortassè scribentē direxit  
spiritus cælestis; sculpen-  
tem scelestus? non uno  
suppicio dignus est, qui  
ita senserit. Magnū hoc  
veritatis testimoniū est,  
quòd à Nicodemi effigie  
nihil recedat: nā viventē  
similiter Christum expri-  
mit; barbā, capilloſque  
spadicea itidē facit, & re-  
galē in capite tiarā. Nisi  
quòd præter hæc titulum  
Pilati ostendat, I. N. R. I.

IEUS

70 F. CORN. CURTI  
IESUS NAZARENUS REX  
JUDÆORUM. Crucifixum  
hūc servat Sirolis, nō pro-  
cul à loco quē olim Nu-  
mana civitas habuit: post  
eujus à Gothis eversionē  
trecētos āpli⁹ años latuit  
divino igitur indicio rur-  
sū invent⁹ toti Italię vene-  
rabilis est, & summa eaque  
plurima cōfert beneficia

Pondus sentētiæ nostræ  
gravissimū addit Crux il-  
la, quæ in pretioso vivifi-  
coque veræ Crucis ligno  
incisa est, & in Apostoli-

P. Angelus Rocca in  
Comment. de vivificæ  
Crucis li-  
gno.  
co sacrario inter alias pre-  
tiosissimas reliquias affer-  
vatur. ejus figurā hoc mo-  
do expressit R. P. noster  
Angel⁹ Rocca.

Roc

Icon  
vera  
Ann

DE CLAVES DOM. 74



Iconismus Crucifixi, quem Leonis Magno Invenialis Episcopus Hierosolymitanus misit  
Anno Dni CCCL, et in sacrario Aposto-  
lico Romæ asservatur. **Hanc**

72 F. CORN. CURTI



cra  
cul  
ver  
Ep  
tur  
ni  
ipſi  
ad  
Ve  
hor  
an  
dep  
lis  
inu  
mo  
in t  
gui  
diū  
foc

72

Hanc ita sculptam sa-  
cratissimæ Crucis parti-  
culam Leoni Magno Ju- Leo PP.  
venalis Hierosolymitan⁹  
Episcopus misisse credi-  
tur circa annum Domi-  
ni 450. Et colligitur ex  
ipsius Leonis epistolâ 78.  
ad eundem Juvenalem..  
Verum hæce adem Crux,  
hominūmne incuriam,  
an injuriam temporum  
deplorem? tanquam vi-  
lis trunculus, & lignum  
inutile extra oculos ani-  
mosque hominum jacuit  
in tetrico, olido, & indi-  
gnissimo facelli angulo.  
diūne? pudet Christianæ  
focordiæ: trecentis pænè  
annis.

74 F. CORN. CURTI

annis. Sergius enim cir-  
ca annum 690. à cælo  
monitus reperit, hono-  
ravit, & Quirino populo  
totique mundo adoran-  
dam exaltavit. Testes ha-

Beda.

Anastasius  
Bibliothe-  
Pancinius  
Augustini-  
anus,

beo lucupletes, Bedam  
in lib. de 6. ætatibus mū-  
di. anno 4652. Anastasiū  
Bibliothecarium in vita  
Sergii, Onuphrium Pa-  
nuinium nostrum, libro-  
rum & antiquitatum he-  
luonem inexplebilem, & tāt,  
alios. Signifex igitur, Rox  
quicunque ille fuit, sa-  
cratissimo quoque ligno *sanc*  
huic Christum quatuor Hind  
**CLAVIS** fixum insculpsit. fixi I  
Quæ autem ei perierga Cleo

addita

anno

I DE CLAVIS DOM. 75

cir- addita sunt, explicat fusè  
ælo Angelus noster capite  
no tertio ejusdē libelli : nos  
ulo quia properè ad alia pro-  
an- peramus, quid potissimū  
ha. hæ sibi personæ velint,  
am in pauca conferemus. in-  
nū fra lamellam istam, quæ  
siū ex auro obryzo est , &  
vità hæc signa ✕ IS. XS. ostē-  
Pa- dit, tres humanæ effigies  
ro. sanctissimam Trinitatem  
he. Græco more repræsen-  
& tāt, quod ipsū per literas  
Roxolanas five Ruthe-  
sa. nicas: *Suueta Troisa* id est  
eno *Sancta Trinitas*, insinuatur.  
OR Hinc ad dexteram cruci-  
fixi DD. Paullus, Maria  
ga Cleophæ , & Deipara i:  
lita

E pfa-

76 F. CORN. CURTI  
psa: ad lævam D D. Pe-  
trus, Magdalena, & Jo-  
annes Euangelista incisi  
sunt. Ad Crucis pedem  
in calvariâ Mors signifi-  
catur, quam moriendo  
Christus superavit. infra  
hanc duo Graii Doctores  
Basilius & Chrysostomus  
effigiani sunt, qui regum  
aureisque scriptis Hære-  
ticos SS. Trinitatis op-  
pugnatores prostrave-  
runt.

Porrò hæc icon vide-  
tur prototypon esse illius  
quam argento inclusam  
habet D. Christophorus  
Eyserus, Archigramma-  
teus Anglostadianus, vii

I DE CLAVIS DOM. 77

ad Rempublicam The-  
mide benevolente natus,  
cui pudor, & justitiae so-  
ror

Incorrumpta fides, nudata  
veritas,

Non ullum invenient pa-  
rem:

cum omnib⁹, tū imprimis  
Insigne mæstis præsidium  
reis.

Qui cum ex Virtutis  
æde, ad debitum sibi in  
Honoris templo fastigiū  
jamjam assumend⁹ esset,  
Sors invida, quæ

ἀπέταξεσθῶ αἰσι,      arripit bo-  
prostravit hominem, &      nos semper  
durius, quam olim Pro-  
metheū Jupiter ad Cau-

E 3 casum,

78 F. CORN. CURTI  
casum , dominante per  
omnia membra arthriti-  
de immerentem ad lectū  
adfixit, perpetuaque de-  
cubatione adfixit. Ve-  
rūm enim verò non po-  
tuit invictum ejus ahe-  
neumque animum fran-  
gere turbo ullus adversi-  
tatum : etiamnum sedet  
& quantum poterit, cau-  
sas agit

*pro sollicitis non taciti  
reis.*

æstuantis morbi pæne  
suffocatus doloribus , æ-  
grâ linguâ suis adest ci-  
vibus, & latentis intùs al-  
per omnia integræ pri-  
dentiae magna edit mo-  
nimen-

nimenta. ad quem cùm  
olim ego quoque nullo  
intercedente proxenetâ  
aut parario, sed solo Vir-  
tutum ejus maximarum  
illicio invitatus aditum  
quærerem, ita benignè  
familiariterque admisus  
sum, ita candidè syncer-  
réque adamatus, ut non  
modò, quod mihi cum  
omnibus bonis commu-  
ne est, Patronum illum,  
sed Patrem etiam nomi-  
nare audeam, & quia af-  
fectu effectuque talis est,  
æternùm venerari debe-  
am Hic, inquā, Vir ma-  
gn⁹, quem honoris cau-  
sā nominavi, habet sigil-

E 3 lari-

80 F. CORN. CURTI  
Iarium ab antiquitate &  
artifice manu pretiosum,  
quod è media Græcia a  
amicorum manibus il  
li oblatum Romanā cru  
cem affectatâ quasi simi  
litudine repræsentat. n  
• & personarum numerū  
ferè parem, & ordinem  
servat, ostendit characte  
res Ruthenicos, & quod  
hoc loco precium faci  
quatuor CLAVOS.

Bibliotheca  
Angelica  
ad S. Au  
gustinum Ro  
mae.

Dabit nobis etiam Bi  
blioteca Angelica, quæ  
Romæ ad S. Augustinum  
publicæ utilitati devota  
est, quod numerū nostrū  
tueatur: ea autem habe  
hanc iconem.

&

Imago  
supra  
Sanct

DE CLAVIS DOM. 81



Imago Crucifixi tempore Ioannis Pape VII. operam misit  
supra Portam Sanctam, ad interiorem veteris Basilicae  
Sancti Petri partem, obim representata circa Annos Dom.  
DCCVI.

82 F. CORN. CURTI

&  
um  
est  
sili  
que  
vat  
asse  
me  
exf  
ca  
gm  
gin  
tur  
vit  
lib.  
ten  
the  
Pan  
itac  
hab

I DE CLAVIS DOM. 83  
& refert archetypon su-  
um, quod nuper visum  
est in vetere S. Petri Ba-  
silicâ, à tergo Sacelli,  
quod à Sanctiss.<sup>mo</sup> Ser-  
vatoris nostri Sudario ibi  
asservato. Veronicæ no-  
men habuit. illud porrò  
exstruxit Joānes VII. cir-  
ca annum 606. opere se-  
gmentato in Matris-Vir-  
ginis honorem. ut testa-  
tur Joannes Diaconus in Ioan. Dia-  
vitâ S. Gregorii Magni conus.  
Anastas.  
lib. 4. cap. 83. & 84. i- Biblioth.  
tem Anastasius Bibli-  
theccarius , Platina , & Platina.  
Onuphri-  
Panuinius noster. Hæc usnoster.  
itaque imago Christum  
habet quatuor CLAVIS  
E s fixū.

84 F. CORN. CURTI  
fixum: cui addit pendi-  
ginem, seu tunicam tala-  
rem. pro diademate  
splendor capiti irradiat  
figuram Crucis' effor-  
mans. Diademati immi-  
nent hæ literæ , I. N.  
R. I,


Præmissis signis hoc ve-  
tustate parùm , nihil  
autoritate ce-  
dit.

Nam

Olim  
Nihil  
A.T.

I  
ndi-  
tala-  
ate  
diat  
ffor-  
nmi-  
. N  
; ve  
ihil  
  
Nau

DE CLAVIS DOM. 85



Olim patrasse mira multa miranda,  
Nihil hodie CRUCEM patrare miramur.  
At quis Fidem deferuisse miratur?  
R. Sadeler.

86 F. CORN. CURTI

m  
tu  
pe  
or  
ut  
in  
ve  
m  
C  
ta  
st  
ba  
Q  
tr  
e  
ca  
n  
tr  
p

Nam quia à nullo hominum facta cognoscitur, quid aliud innuere poterit, quam crucifixionem non aliam fuisse? ut quid enim à Veritate imago ostenderetur, nisi verè referret id, cuius imago est? Hæc verò à Cælo cælata, terris eruta, per brutum demonstrata, tanto solidius probat nostram opinionem; quanto humanis manib⁹ tradita cedunt iis, quæ occulto Dei digito fabricantur, mutorumq; animalium linguis docentur, & continuatis jam plurium sæculorum de-

E 7 cursu

88 F. CORN. CURTI  
cursu miraculis, ferven-  
tiique totius orbis pietate  
comprobantur. Verum  
haec breviter ostendam,  
unde non. parum lucis  
ponderisque CLAVORUM  
numerus quaternari⁹ ac-  
cipiet.

Vide R. P. Boiariam administra-  
Matthæū bat\* Regio nomine Thas.  
Raderum silo , & fortè depositā  
in Bavariā Sāctā, tom. paullūm curarum sarcinā  
z. fol. 85. in venationem tendebat. Saltum omnem per-  
lustrabat odora canum  
vis, ut si quæ esset, feram  
excitarent , & in plagas  
impellerent , vel in spi-  
cula. Ecce latratu ingen-  
ti cerva timida protrudi-  
tur.

ditur.. fugit à dentibus  
sequentium, dum ad lo-  
cum velut asylū aliquod  
occultum attingit : ubi  
quasi jam ab omni hosti-  
li incursu secura , hæret,  
firmaque confisit. In-  
stant canes latratibus, mor-  
sibus : illa non magis  
movetur,

*Quā si dura silex, aut stet Virg.  
Marpesia cautes.*

Donec ad spectaculum  
cum grege venatorum,  
Thassilone concurrente,  
pedibus occepit terram  
scalpere, humum eruere,  
fovam facere, & sepul-  
tas quasi tres ibi Cruces  
in apertum prodere. ut  
vidit

90 F. CORN. CURTI

vidit satis videri à Rege  
quod volebat ; in silva.  
rum abdita pernice cur.  
su avolans ab hominum  
se oculis eripuit. Admi.  
randum hoc Thassilo E.  
piscopo patefacit, qui sta.  
tim Cruces humo levat,  
**c**isque inter Sanctas Bea.  
torum Reliquias locum  
donat. Conceptis verbis  
ibidem Bojariæ Princeps  
testem tantæ rei ædem  
vovet, exstruit , & in eâ  
harum unam Crucem,  
**e**ujus schema supra dedi.  
mus , solenniter collo.  
cat. Cœnobium adstruit  
quoque, & POLLINGEN  
nuncupat. cui nomini

occa-

occasionem venatio de-  
derat , ut vulgi opinio  
est , in quâ canes latran-  
tes has syllabas *Pol, Pol,*  
*Pol* , efferre videntur.  
Ædem hanc consecravit  
S. Bonifacius, præsente  
quoque Carolo Magno,  
quem pietas & raritas  
miraculi invitaverant.  
Incredibile quantum re-  
pentè Deus mortis suæ  
signum hoc sacrum in-  
lustravit, ilterque sexus,  
annos, ephœbique,

*Electi juvenes simul et de-* Catul.

*cus innuptarum,*

clari, obscurique, se sua-  
que Deo mancipi da-  
bant. Tantus, inquā, ho-  
minum

92 F. CORN. CURTI  
minum concurrentium  
cœtus in festo Inventio-  
nis die visebatur, ut non  
indignum Principes Boii  
judicaverint nundinas i-  
bi instituere, quæ cele-  
briorem utilioremq; fa-  
cerent hanc tantæ mul-  
titudinis conventionem.  
Verum diu pòst

*quid non mortalia pe-  
ctora cogis*

*Auri sacra famæ?*

invidebat tantæ Cœno-  
bii prosperitati oppidum  
vicinū Weilbaum, & Prä-  
positum seu verboso seu  
argentario palpo percu-  
tientes, nundinas trans-  
ferunt in suū forum. Si-

*mul*

Virg.

mul hæc translatio facta  
est, frigescere cœpit mor-  
talium ardens pridē er-  
ga Crucem Domini pie-  
tas, & jam rari hanc æ-  
dē frequentabant. Quid  
deinde? Zelo zelavit  
Deus honorem suū; im-  
misit in impios ignem fu-  
roris sui. intra paucas ho-  
ras in flammā & fumo;  
deinde in favillā & cine-  
re cum urbeculā ipsum  
Monasterium stetit. Pie-  
tate novâ piare scelus ad-  
missū civitas voluit, & ja  
suas loco sacro nundinas  
restaurare statuit. sed sta-  
tuit. morantes igitur De⁹  
altero igni admonuit, &

cun-

94 F. CORN. CURTI  
cuncta latè depopulans  
ad Cœnobium festa soli-  
ta redire coëgit. Sed jam  
paullo altius nos hic, ut  
video, scribendi ardor  
provexit. pergamus de  
cervâ hujus Crucis indi-  
ce aliquid addere, quod  
cælestē hanc inventionē  
Bojariæ reddat glorioſi-  
orem. Contigit anno  
1524. quod subzungam  
Crucem hanc ampliore  
cogitans honore afficeret  
eius Monasterii Antistes,  
conciet fabros, signat lo-  
cum, ubi ædem novam  
excitari desiderat. signat  
autem istum, è quo crux  
olim cervæ ministerio

erum

eruta fuerat. Instant o-  
peri operæ : ligna lapi-  
jam desque advehuntur, aptā-  
tur, poliuntur ; & jam  
ædificationem adgressu-  
ri, altum fodiunt funda-  
mentum. & ecce, dum  
arenam faxaque eruunt,  
tophus quidam stupen-  
dum in modum se obji-  
cit, in quem cerva Crucis  
repertrix pedem suum  
perfectissimè veluti in-  
ceram impresserat. Vi-  
ginti deinde alii & duo  
anni effluxerunt, cum  
iterum fodiunt, ut tem-  
pli propylæū, quod hu-  
mile nimis & vile vide-  
batur, attollerent, & di-  
gnam

96 F. CORN. CURTI  
gnam adderent ædi sa-  
cræ majestatem. ô mi-  
randa Dei opera ! altera-  
rursum sese offert petra,  
quæ alterum feræ pedem  
quasi celte incisum osté-  
debat. Magna & inscru-  
tabilis Dei providentia  
qui miraculorum suorū  
relinquit miracula, &  
stupenda testimonia de-  
xteræ suæ potentis im-  
potentibus, durisque, &  
faxeis cordibus morta-  
lium. Si porrò nunc be-  
neficia enumerare velim,  
quæ innumera in homi-  
nes per hanc Crucē col-  
lata sunt ; bis ineptus vi-  
deri possim : tum quod

extra

extra materiae meae po-  
mœria vagus excurrat,  
tum quod autumni folia,  
hiemantis cœli floccos in  
numerum cogere adni-  
tar. Ergo

*Illuc unde abi, redeo.*

Crux hæc tot miracu-  
lis inlustris, & toti Boi-  
ariæ celeberrima qua-  
tuor etiam CLAVOS o-  
stendit.

Quod si necesse est, An-  
gelos quoque testes ad-  
ducemus. Mons est in ea-  
dem Boiariâ, quem An-  
dechus nomine proprio,  
magis usitato *Sanctum*  
vocant; tam à Virorum  
Divis adscriptorum fre-  
quen-


98 F. CORN. CURTI  
quentiâ, qui ex eo velut  
Equo aliquo Troiano  
grandi numero prodie-  
runt; tum à lipsanis aliis  
que SS. reliquiis, qua-  
rum ibi incredibilis co-  
pia. Inter ea autem Crux,  
& in Cruce noster CLA-  
VORUM numerus. Hanc  
verò Carolo Magno Ge-  
nius cælestis attulit, &  
suis in manus pii Cæsa-  
ris tradidit. cuius dein-  
de auspiciis Pipinus fili<sup>9</sup>,  
& Comes posteà Ratho,  
seu Rasso lætissima de in-  
fidelibus trophya retu-  
lerunt. Ejus iconismus  
iste est.

Eun-

Christus  
Christi

DE CLAVIS DOM. 99.

IN HOC SIGNO VINCES.



Christus in hoc Signo nostrum devicerat hostem,  
Christi hostem Magnus Carolus atq; Ratho.


F



DE CLAVIS DOM. 101  
Eundem numerum idem Carolus servavit,  
cùm à Leone III. Romæ Imperator Augustus corona-  
tus, anno 801. hanc ex argento imaginem  
basilicæ S. Petri obtulit.



F 2 In



Imago Crucifixi argentea in Sacrario Basilice S. Petri  
asseruata, quam Carolus Magnus Imperator, à Leone III.  
Pont. Max. Romae coronatus, eidem Basiliæ dono dedit,  
circa Annum DCCC.XV. Raph. Sadeler.

DE CLAVIS DOM. 103

In quâ notare operæ  
preium est Imperatoris  
piam liberalitatem. Cru-  
cifixus septem palmis al-  
tus est: Crux tredecim.  
longa, & lata undecim.  
palmis. Crucifixus de-  
xterâ sceptrum, lævâ glo-  
bum gestat; quæ signant  
Cæsarem orbis imperiū  
Deo in acceptis ferre.  
Hinc Deipara, illinc di-  
scipulus dilectus: infra  
Crucem SS. Petrus &  
Paullus Ecclesiæ funda-  
tores sculpti sunt. Si-  
mulacrum hoc in urbis  
direptione sub Clemen-  
te VII. à militum ungui-  
bus fuligō & pulvis ser-

F 3 vavit

104 F. CORN. CURTI  
vavit. quod posteà Juliu  
III. anno 1551. ut penu  
riæ urbis & Ecclesiæ suc  
curreret, in pios usus cō  
flavit. Plastæ verò operi  
ex marmore æqualem  
priori substituit, qui in  
eiusdem basilicæ larario  
quod olim Templum ro  
tundum S. Andréæ, nunc  
S. Mariæ de febribus vo  
catur, etiamnum hodie  
adservatur. Testes hujus  
sunt dati accepti que co  
dices, quos æditimi con

R. P. An  
gelus Au  
gustinian⁹. ca noster. examinavit

Testes præterea Mannus  
Pisanus aurifex, & qui ex  
S. Pontificis mandato

ne.

TI DE CLAVIS DOM. 105

Julius  
beni-  
e suc-  
is co-  
oper-  
lem-  
ui in-  
rario.  
m ro-  
nunc  
is vo-  
odie  
hujus  
e co-  
con-  
Roc-  
lavia-  
nnus  
ui ex-  
dato  
ne.

negotium hoc transige-  
bant : quos prædictus  
Pater super hâc re audi-  
vit. Fidem quoque Onu-  
phrius noster facit lib. 7. <sup>Panuinius</sup> Augustini-  
de præstantiâ & rebus <sup>anus,</sup>  
antiquis basilicæ S. Petri  
cap. 3.

Præsidium etiam nobis  
est in nummis. ecce  
veterem unum aure-  
um Græcani-  
cum.

•S(O)S•

¶

F 4      quem

106 F. CORN. CURTI



quem habet Monasteriū  
Lætiense in Hannoniā,  
& vidit Belgii nostri de-  
cūs immortale Justus Li- Iustus Li-  
psius. misit verò Henri- psius.  
cus Imperator Constan-  
tinopoli cc VIII.  
inscriptio autem in num-  
mo est hæc: Κόσμος τὸ λύ-  
τρον αἴμα τὸ Θεῖον λόγου.  
*Mundi redemptio, Sanguis  
Dei verbi.*

Iterum crucifixio hæc  
penicillo expressa est in  
Graduali quod S. Gre-  
gorius concinnavit, atq;  
edidit, ut Ecclesiasticam  
Musicam reformaret; cu-  
jus gratiâ Scholam Can-  
torum Romæ in basilicis

F 5 Vati-

108 F.CORN. CURTI  
Vaticanâ & Lateranensi  
instituit : ut locuples te-  
stis est in ejus vitâ Joan-  
nes Diaconus. Autorem  
verò hujus Gradualis es-  
se D. Gregorium clari-  
ssimè exprimit in fronte  
ejusdem libri rubrica  
quædam his verbis. *Gre-  
gorius Papa &c. composuit  
hunc libellum Musica artis  
Scholæ Cantorū Circuli. Gre-  
gorius ergò Magnus qua-  
tuor quoque CLAVOS  
numeravit.*

Hic item modus cru-  
cifixionis cernitur in ab-  
fide Ecclesiæ S. Clemen-  
tis tessellis venustis & ve-  
tuistis variegatâ.

Cer.

Ioann Di-  
aconus.

DE CLAVIS DOM. 109

Cernitur quoque in  
Confessione subterraneâ  
S. Nicolai in Carcere  
Tulliano antiquissimis  
picturis decoratâ. 25 301

Idem ostenditur in Ju-  
lii ī cōmetério, quod est  
in vineâ nostrâ Augusti-  
nianâ ad viam Flamini-  
am.

Multorum instar est  
unum vetustissimū tem-  
plum, quod B. Constan-  
tia Constantini Magni fi-  
lia in viâ Nomentanâ  
prope S. Agnetē exstru-  
xit: ubi non una hujus-  
modi crucifixio picta vi-  
satur. Non parum etiam  
nobis fidei accedit ex

F 6 ima-

tro F. CORN. CURFI  
imagine Crucifixi argen-  
genteâ, quam III.<sup>mus</sup> Car-  
dinalis Comensis Romæ  
habet; annosam, ut pa-  
tet ex elementis Ruthe-  
nis, quæ in tergo ejus ex-  
arata sunt; inventam o-  
lim Alexandriæ in Ægy-  
pto.

Robur iterum à Boia-  
riâ accipimus, ex mona-  
sterio Chiemensi, quod  
antiquissimam servat i-  
conem, in quâ Christi  
crucifixi singuli pedes  
singulis CLAVIS adfi-  
guntur.

Veneti quoque in ma-  
gnifico suo isto fano Chri-  
stum ita fixum, opere

I  
gen.  
Car  
mæ  
pa-  
the-  
ex-  
n o-  
Egy-  
  
Soia-  
ona-  
quod  
at i-  
iristi  
edes  
adfi-  
ma.  
Chri-  
ere  
scal-  
  
DE CLAVIS DOM. III  
sculpturato habent: quē  
Mallonius quidem ut in-  
veniret, diem solidū fru-  
strà perdidit; fortassè  
quia illo die nimis vili  
tritico, lolio victitaverat.  
at ego reperi, & clarè vi-  
di utroque hoc obtutu.

Sed quid oculis emissi-  
tiis tam diu peregrina si-  
mulacra indago, & quod  
domi ante cellæ meæ fo-  
res est, clausis cottidie  
luminibus prætereo? est  
igitur hîc quoque statua  
septempedalis, annosa,  
cariosa, quam cossi, ter-  
mitesque, & id genus  
vermiculi adeò pertere-  
brarunt undique, ut vix

F 7 par-

XII F. CORN. CURTI  
partes cohæreant, & hæc  
quatuor quoque CLAVI-  
VIS fixa est. Denique ut  
verba conferam ad com-  
pendium, passim per I-  
taliā Germaniamque  
hic crucifigendi modus  
in antiquorum reliquiis  
cernitur. Immò etiam-  
num hodie in Græcia  
Christum CLAVIS qua-  
tuor fixum pingere in  
more est. & solidū hinc  
argumentum elicio an-  
tiquitatis. Mordicūs e-  
nim illi observant, quod  
semel traditum est: ut  
conspicuum est in pane  
fermentato, formâ ba-  
ptismali, &c.

CA-

## CAPUT VI.

Numerus Clavorum quater-  
nario non major. Calvinii  
mendacium reprehensum,  
& aliorum Iconocla-  
starū impietas.

**V**erūm surget hic,  
& contra doctrinam nostram in-  
surget sycophantarum,  
improborum secta inutilis;  
qui pro cibo habent pias  
Catholicorum doctasque  
commentationes arro-  
dere, & quidquid est sa-  
crarum reliquiarum irri-  
dere, atque honorem in-  
videre. Rogabūt illi nos  
per

114 F. CORN. CURTI  
per ludum , quis eos lo-  
cus CLAVOS habeat , &  
computum à nobis seve-  
rum exigent. Audio Cal-  
vinum , quo asino nullus  
in Arcadiâ asinus magè  
dignus est , qui fœno pa-  
scatur , quām ille : audio,  
inquam , Calvinum ru-  
dentem & ridentem in  
lib. de Reliq. non jam tres  
quatuorve , sed duode-  
narios aliquot rudi po-  
pulo à sacrificulis præ-  
beri & probari , ut CLA-  
Ioan. Cal. VORVM si quis numerum  
vorus lib. inire vellet , grandem sit nu-  
de Reliqu. merum inventurus. Euge  
mi homo ; more tuo fa-  
cis , mentiri pergis : men-  
dacia

I  
lo.  
&  
eve.  
Cal.  
llus  
agè  
pa-  
dio,  
ru-  
in-  
tres  
ode-  
po-  
ra-  
LA-  
um-  
nu-  
ge  
fa-  
en-  
acia

DE CLAVIS DOM. IIS  
dacia tegis mendaciis a-  
liis, ne perpluant. non-  
constarent aliter tua ista  
sacra, nisi hoc suffitu a-  
dolerentur. Non est in-  
toto Christiano orbe an-  
gulus aliquis , qui extra  
tres urbes Romam , Me-  
diolanum , & Treviros,  
CLAVUM Dominicum si-  
bi vendicet , aut vendi-  
tet. In aliis forsitan erit  
aliquis, qui à CLAVORUM  
Dominicorū attachu sa-  
cer, & in honore erit; a-  
lius propter inclusam si-  
bi particulam p̄etium  
apud populum faciet; a-  
lius denique quia proto-  
typo seu vero CLAVO si-  
milis

116 F. CORN. CURTI  
miliis est, venerationem  
merebitur. Improbumne  
id reris aut improbandū?  
Si quis à patriā procul  
in exteris locis pere-  
grinum & ante-hac  
invisum hominem for-  
tè offendit, qui aut mor-  
ibus, aut motibus, aut  
corporis quodam filo,  
amicum sibi domi olim  
familiarem repræsentat;  
nonné eum amabit con-  
tinuò & si commodum  
erit, faciet bene? Cur nos  
Catholici, si à sacris Do-  
minicæ passionis & salu-  
tis nostræ instrumentis,  
quæ amicis omnibus ar-  
dentiùs amare debemus,

Ion.

etiam

DE CLAVIS DOM. 117

longè absentes, videmus  
aliquid, quod eorum fi-  
guram exprimit, non  
æstimemus, adamemus,  
colamus? quid ergò, si  
à sanctâ conjunctione  
commendentur? quid si  
eorum partem aliquam  
contineant?

Immo verò, si quis  
plures Crucis CLAVOS  
adferat, ass'eratque alte-  
rum etiam ternarium in-  
veniri, non actutum eū  
damnavero. Nam ut in-  
ficiari non possum tabel-  
lam seu titulum CLAVIS  
essè adfixum; ita cogor  
admittere, eos quoque  
Crucis esse CLAVOS.

Tabel-

118 F.CORN. CURTI  
Tabellam autem Crucis  
esse adpositam, non illi-  
us partem fuisse, clarum  
est ex Euangelio Joannis,  
qui crucifixo jam Chri-  
sto, dicit. *Scripsit autem*

*Ioann.* *titulum Pilatus, & posuit*  
*super Crucem. Quo verò*

*modo adnexa sit, docebit*  
*Cyprianus tract. de Sina*  
*& Sion. Pontius Pilatus in-*

*Cyprianus de Sina & fusâ mente à Deo accepit ta-*  
*Sion, sub bulam, & titulum, & scripsit*

*tribus linguis, Hebraicè, Gra-*  
*cè, & Latinè: Iesus Nazare-*  
*nus Rex Iudeorum. & in ca-*  
*pite ligni CLAVIS tabulam*  
*cum nomine Regis Iudeorum*  
*confixit. & Panopolitanus*  
*Poëta;*

Kal

I  
I  
ru  
ill  
um  
ni  
tri  
ng  
esult  
erò  
ebit  
ina  
in-  
ta-  
ipst  
Gre-  
are-  
ca-  
lam  
rum  
nus  
  
Kai

## DE CLAVIS DOM. 119

Kai Πιλάτος θηγτὸν ἐπέ- Nonnus.

χραφε μάρτυρι γόμφῳ  
Γράμμα, τόπερ οαλέστε-  
λατίνιδι τιτλον ἰωῆ.

Et Pilatus spectabile inscri-  
psit testificante CLAVO  
Scriptum, quod Latinâ vo-  
ce titulum vocant.

Illud quoque notan-  
dum est, quod Baronius  
tom. 3. scribit, contin-  
gere potuisse, ut quibus  
membra Christi, Sancti  
Martyres confixi essent,  
Passionis Dominicæ CLA  
VI haberentur, & pro iis  
colerentur. Nisi quis su-  
spicari velit, ex urbe Sy-  
riæ Beryto per varias or-  
bis plagas CLAVOS eos  
divisos

Baronius  
anno Chri-  
sti 326.

120 F. CORN. CURTI  
divisos esse, quibus Chri-  
sti imago à Iudæis vete-  
ri odio & furore percitis,  
confossa est. De quo sce-  
lere, Vide Tom. 2. Con-  
cil. fol. 509. in synodo  
Nycenâ. Quidquid sit,  
**Gretserus.** inquit Gretserus, fides  
purgat factum; neque e-  
nim fidelium quisquam  
ferrum per se veneratur,  
sed in ferro Christum, e-  
jusque passionem hono-  
rat. Tu verò Iconocla-  
starum vindex ac Patro-  
ne, qui Ecclesiam pessu-  
mis calumniis oppugnas,  
idolatriæ ream facis,  
Christi Sanctorumq; re-  
liquias, iconesque pes-  
sum-

I DE CLAVIS DOM. 121  
hri- sumdare, conculcare,  
ete. perdere miteris, quid ni-  
zitis, si θεοπάχεις cum giganti-  
sce. bus, arrogantiæ Pelion.  
Con- atque præsumptionis Of-  
odo san superbiæ Olympo ad-  
fit, ijicis, ut Cælum spolies,  
des & Divos omnes cum ipso  
iee. Christo in terram ejici-  
iam as? Quàm bellè tibi hæc  
tur, belli alea ceciderit, jam  
n, e nimis scitè scis; habes ta-  
no. men filios, qui teipso pa-  
cla- tre generosiùs, id est, ma-  
tro. gis impiè decertant. qui  
issu. aliena regna invadunt, &  
nas, quasi tuti in iis cum mu-  
cis, tis imaginibus esse non  
re- possint, Christi ubique  
perf- statuas destruunt, & tum  
im- pri-

122 F.CORN.CURTI

primùm regnum suum  
firmasse credunt, cùm  
hostes istos ligneos, sed  
divinâ sæpè virtute ani-  
matos everterunt. Vah,  
quanto iste odio in ad-  
versarium flagrat, qui  
ne quidem ejus simula-  
crū pati potest. & quo-  
modo in animum meum  
inducam, eum Christi  
honorem amare, qui ne-  
que pacatis oculis statuā  
ejus ferre potest? Verūm  
heus tu, quisquis es, qui  
Christi latè dominantis  
imperium infirmare cō-  
tendis, ut tuum solides;  
auritum te fac, ego tibi  
hic edic,o& ut prophetes

verax

verax prædico ; super gradus istas , adscendisq; arundineos , lapsui vici- nus es , & altius cades , quām adscendere cogi- tasti . Deum laneis pedi- bus ambulantem non au- dis , neque priūs adver- tes , quām præsentem ti- biq; ultorem graviter incumbentem serò sen- feris . Audi quid te mo- neat quidam è sectâ tuâ .

Domin,  
Baudius  
in monitis  
moralis &  
civilis kapi-  
enriæ.

*Vos satrapæ , vos purpu- rata natio ,*

*Terræ nepotes & genus Ti- tanium,*

*Quos vexit in sublime ab exili loco*

G

Popu-

124 F.CORN.CURT

*Popularis aura, vel favor  
summatum,*

*Fortunam habere cū mo-  
do & modestiā,*

*Nēve ampliora concupite  
viribus;*

*Gnaris, caduca quam si  
& parūm potens*

*Omnis potestas, mole qua  
non stat suā.*

*Vix est inultus, ut cadas  
fato suo,*

*Qui perduellione devinxit  
caput.*

*Scio, metanœa tibi gra-  
vis incumbit, &c*

*magni subeunt jam tadia  
cœpti:*

*Occultas tamen ore metum.*

Ve-

I  
ADOR  
mo.  
â,  
bite  
m si  
ens  
e qua  
adat  
inxx  
gra-  
adia  
im.  
Vc.

DE CLAVIS DOM. 125

Verūm licet serò, tamē  
rectè feceris, si virum il-  
lum graviorem natu, A-  
larici monitorem audie-  
ris, qui apud Claudia-  
num;

*Si numero non fallor, ait,  
tricesima currit*

*Bruma fere, rapidū postquā  
tranavim⁹ Istrum,  
Romanamq; manum tantis  
elusipius annis:*

*Sed nunquam Maiores adeò  
constrinxit in arctū  
Rex Alaric tuas: per tot dis-  
crimina docto*

*Crede seni \* \**

*Sepè quidē frustrā monui,  
servator ut icti*

G 2 Fæde-

136 F. CORN. CURTI  
Fœderis, Emathia tutus tel.  
ture maneres:  
Sed quoniā calidæ rapuit tu  
flamma juventæ,  
Nunc saltem sicuratibim  
net ulla tuorum,  
His claustris evade precor,  
dūqz agmina longe,  
Dum licet. \*\*  
Ne nova prædari cupiens,  
parta reponas,  
Pastorigz lupus scelerum di  
licta priorum  
Intra septa lues.  
Sed ad CLAVOS meos re  
deo. Licet igitur arbi  
trarium fuerit; CLAVOS,  
ipsumque numerum ad  
hibere; satis tamen con  
stat ex dictis, Christum  
CLAVOS.

I  
stel.  
tel.  
it ti  
tæ,  
ma.  
m,  
ecor,  
nge,  
is, 5  
l,  
n de  
; re-  
rbi-  
vos,  
ad.  
con-  
tum  
LA-  

DE CLAVIS DOM. 127  
CLAVIS quatuor & plu-  
ribus Crucis adfixum  
fuisse.

CAPUT VII.

Ubi locorum isti CLAVI?  
dicitur. Hugonis Cardi-  
nalis risus refu-  
tatus.

**L**ocum hunc CLAVI in orbe fortiti  
funt. De primo  
loquitur Gregorius Tu-  
ronensis. Cum Adriati-  
cum, mare saevis hor-  
rendisque aestibus ferve-  
sceret, neque ullam ra-  
tem pateretur, sed velut  
altera Charybdis inex-

De gloriis  
Martyrum  
cap. 6.

G 3 ple-

128 F.CORN. CURTI  
plebilis' absorberet o-  
mnia, fortē hominū mi-  
seram miserata Helena,  
conceptā in Deum sum-  
mā, veraq; & Christia-  
nā confidentiā, Domini-  
corum CLAVORUM unū  
in mare immisit, & su-  
bitō quasi Alcedonia re-  
stituit, totumq; mare  
tranquillavit.

13 Alterum eadem S. Ma-  
trona Romam transmi-  
sisse dicitur, qui in aede  
S. Crucis in Hierusalem  
custoditur, & quotquo-  
annis adorandus populo  
proponitur. ita sentit  
Franciscus Mauroli-  
cius. Franc. Maurolicius, & a-  
lii, Probabili⁹ quidā cre-  
dunt

Franciscus  
Mauroli-  
cius.

dunt hunc esse, quo Constantinus cassidem suam adversus hostium tela impenetrabilem reddidit. Sic opinatur Ambrosius, Gregorius Turronen. Histor. Tripart. Theodoretus, Eusebius, Ruffin<sup>9</sup>, Zonaras &c. Baronius tamen arbitratur non in galeâ, sed in coronâ quam gestare Constantino mos erat, CLAVUM hunc fuisse infixum. Lipsius verò in Notis ad lib. 2. cap. 9. putat insertum fuisse capiti statuæ, quam Constantinopoli posuit. Ego examinans caussam hujus infixionis,

Ambros.  
orat. ad  
Theodos.  
Greg. Tu-  
ron. lib. 1.  
de Gloria  
Martyrum  
Eusebius  
lib. 10. c. 8.  
Ruffinus  
lib. 2. c. 8.  
Zonaras  
añal. pars.

<sup>3.</sup>  
Baronius  
Lipsius

130 E. CORN. CURTI  
in Baronii & Lipsii opi-  
nionem neque pedibus,  
neque cerebro possum  
descendere, sed Ambro-  
sii & aliorum Historico-  
rum sententiam sentio.

Tertius Mediolani vi-  
situr in majori Basilicâ,  
qui alterius manûs tor-  
mentum fuerat, si Eutro-  
pio credimus ; & fræni  
pars, ut tradit Jacobus  
Philippus Bergomensis  
Eremita Augustinianus  
in supplemento Chroni-  
corum lib. 9. *Helena*, in-  
quit, *ibidem adificato tem-  
plo, inde Constantinopolim  
ad filium abiit, & CLAVOS  
quibus corpus Christi conclau-*

*Vatum*

I  
op.  
us,  
um  
ro-  
co-  
o.  
vi-  
câ,  
or-  
ro-  
æni  
bus  
sis  
nus  
ni-  
in-  
em-  
lim  
tos  
sla-  
um  
DE CLAVIS DOM. 131

vatum fuerat, secum detulit,  
quorum unum Constantinus  
ipse transstulit, quo in prælio  
tantummodo utebatur, qui  
modo in Mediolanensi Domi-  
cilio, maximo in pretio coli-  
tur. Hic ergo peregrino-  
rum undique concurren-  
tium ardentissimâ pietate  
colitur. & sic verè im-  
pletur illud Zacchariæ  
vaticinium: *Erit quod in  
fræno equi est, sanctum Do-  
mino.* Quod Ecclesiæ Ca-  
tholicæ perduelles cum  
D. Hieronymo sanno  
possent excipere, nisi nos  
S. Ambrosii autoritas tu-  
eretur, & à nobis sta-  
rent Grégorius Turon.

Zacchar.  
cap. 14.

D. Hiero-  
nymus.

D. Ambr.

in obitu

Theodosii,

Greg. Tur.

de gloriâ

Matt.

G S Ni-

132. F. CORN. CURTI

Nicephor<sup>9</sup> Nicephorus, Sozomen<sup>9</sup>,  
lib. 8. c. 29. Theodoretus, & alii,  
Sozomen<sup>9</sup>  
lib. 2. c. 1. *quorum melior sententia*  
Theodore.  
menti.

tus lib. 1.  
cap. 18. Hugo Car. cur. hæc interpretatio  
dinalis.

Hugonis etiam Cardina-  
lis tantoperè nasum cri-  
spaverit, ut eam tanquā  
ridiculam cum cachinno  
rejicere voluerit. verba  
in primis non torquen-  
tur: tenebræ non offun-  
duntur in sententiâ cla-  
râ: res præterea vera est,  
& digna à vate prænun-  
ciari. Arbitrium peto sa-  
ni judicii, & quinquen-  
nalis silentii pœnam da-  
re paratus sum, si non  
rectius

DE CLAVIS DOM. 133  
rectius de CLAVIS, qui à  
Sanguine Redemptoris  
nostrī *Sandī* sunt, quām  
de auro in usum paupe-  
rum convertendo expli-  
catum iri censuerit. Hie-  
ronymus quoque, si ejus  
verba justè ponderamus,  
non alteram sententiam  
tanquam ineptam sic ir-  
ridet, ut penitus damnnet;  
sed non nisi suam præ-  
fert. Sic enim scribit, cùm  
hunc Zacchariæ locum  
exponit. *Putarunt aliqui*  
*boc de CLAVIS Dominicæ* D. Heronius.  
*passionis, quos Helena posuit*  
*in phalerâ fræni filii sui Con-*  
*stantini, esse intelligendum.*  
Putasse, non errasse quos-

G 6      dam

134 F.CORN. CURTI  
dam dicit. Sanctitatem  
porrò suam hic maxime  
**C L A V U S** demonstravit  
præsertim Justino Impe-  
ratori. Huic enim præ-  
stigiator quidam cùm il-  
luderet, & evocatis è sty-  
ge manium immanium  
spectris duas illi noctes  
horribiles fecisset, tertia  
demùm nocte frænum  
subjecit capiti, & ex cu-  
bili suo phantasmata, i-  
psum verò fascinatorem  
è vitâ deturbavit. Am-  
brosius quoque in orat.  
ad Theodosium hunc in  
modum loquitur. Inven-  
to **C L A V O**, quem Helena  
ad Constantinum misit, di-  
cebam

S. Ambro-  
sus.

DE CLAVIS DOM. 138

cebant Judæi: Ecce & CLA-  
VUS in honore est, & quem  
ad mortem impressimus, re-  
medium salutis est, atq; in-  
visibili potestate Dæmones  
torquet.

Quartus Treviris ad-  
venarum piorū frequen-  
tiā celebratur. quē CLA-  
VUM dexterī pedis anti-  
quæ memoriæ scribunt,  
& ego fræno quoque in-  
nexum fuisse vix dubito;  
cùm Gregorius Turon. Greg. Te.  
expressis verbis fræno ron.  
CLAVOS duos infixos  
fuisse adserat: & ex ci-  
tatis Autorū testimoniis  
non aliud colligi possit.  
quam etiam D. Hierony-

G 7 mi

136 F.CORN.CURT  
mi sententiam esse , jam  
allegata verba mani-  
festant.

## CAPUT VIII.

*Inter Imperii insignia quoq;  
CLAVI, qui Dominici dicti,  
quia verorum Christi CLA-  
VORuM particulam in-  
clusam, babue-  
runt.*

**N**orimberga, prius  
quam à fide anti-  
quâ exēdisset, &  
fanis Romanæ Ecclesiæ  
monitis post - habitis  
Lutheri catechisticū ca-  
licem degustasset, quo-  
quot añis feriâ sextâ post  
octavam Paschæ, concur-  
renti-

rentibus undatim ex totâ Germaniâ Populis, sacras Imperii Reliquias & lipsana quædam rara ad spectaculū proponebat. Inter hæc quoque CLAVI Christi locum suum habuerunt: CLAVI, inquam, quibus manus pendique Domini Crucis adfixi sunt. Neq; id à quoquam in controversiâ vocari potest: nimis enim id clarum est ex diplomatis Pontificum Innocentii VI. & Martini V. quæ legi possunt apud Gretzerum in syntagma-  
te de insignibus Imperii, nos ea verba hic ad-

Gretserus  
f. 18, & 26.

nota-

138 F. CORN. CURTI

notabimus, quæ condu-  
cibilia materiæ nostræ

Bulla In-  
nocentii 6.

videbuntur. Dicit ergo

Innocentius: *Illiq; etiam dulces CLAVI, cum quibus ipse Salvator eidē Crucis fuit affixus, quiq; non solum ejus immaculato respergi sanguine, & molem ferre tanti ponderis meruerunt; sed & nos etiam per ipsorum salutiferas plagas, dulcedinem tantam ipsius divinæ charitatis accepimus, ut manus nostræ à peccati solutæ nexibus, pedesq; nostri à mortis laqueo fuerint liberati, sunt devotissimè recolendi.* & post multa addit: *Regis Caroli IV. supplicationibus inclinati*

Apo-

DE CLAVIS DOM. 139

Apostolicâ auctoritate statu-  
endum daximus, atq; etiam  
ordinandum, quod ad ipsius  
Salvatoris laudem & gloriā,  
de premissis lanceâ & CLA-  
VIS, & sub eorum vocabulo  
proprium festum cum speciali  
officio per aliquos precarios  
Catholicos, & alios divinæ pa-  
gine peritos, quos idem Rex  
ad hoc eligendos ducet, ordi-  
nando sextâ feriâ post octa-  
vas Resurrectionis Domini, ut  
annis singulis à Christi fide-  
libus in eisdem Alamanniæ &  
Bohemiæ partibus perpetuò so-  
lenniter celebretur. Et Mar-  
tinus V. in bullâ suâ, quâ  
Innocentii statutum gra-  
tum & ratum habere  
se

140 F. CORN. CURTI  
se demonstrat, enumera-  
rans singulas Imperii Re-

Bulla Mar- liquias, sic loquitur: CLA-  
tini s.

Rebdorf. *Vus unus, quo manus ipsius*  
*fensis, ann. eidem Crucis affixa extitit.*

1350.

Alb. Argentineasis. Accedunt Henricus Reb-  
dorffensis in Annalibus,

Dubravius Albertus Argentinensis  
lib. 22.

Bzovius ad annum Do vi<sup>o</sup> in Historiâ Bohemicâ  
mini 1359.

Gretserus & Bzovius, & R. P. Ia-  
in synta- cobus Gretzerus: quoru-  
gmate. alii CLAVUM, CLAVOS  
alii Norimbergæ tribu-  
unt. Quid hîc opponam?  
vereor, ut quaternarius

noster alios duos quater-  
narios pariat, & ad nu-  
merum Apostolicum ex-  
crescat. nam si omnia

Impe-

DE CLAVIS DOM. 141

Imperii insignia levi manu concutiamus, plures  
forsan non opinantibus nobis CLAVI excident,  
& improvidos male ominato vulnere castigabunt. Tentanda igitur  
omnia, ne indiligentes hic audiamus. Tu impri-  
mis Malmesburiensis Constantini Magni ensem  
serupulosè examina; & vide an is, qui suum immò & equi caput adver-  
sus hostes CLAVIS sanctissimis munivit, iisdé manum inexpugnabile non  
reddiderit. quid ais? Sed bonæ fidei memineris.

En-

Malmes.  
bariensis.

*Ensem, inquit, Constantini  
Agnii, in quo literis aureis  
nomen antiqui possessoris le-  
gebatur, in capulo quoque  
super crassas auri laminas  
CLAVUM ferreum affixum  
cerneres, unum ex quatuor  
(nota numerum nostrū)  
quos Iudaica factio Dominici  
corporis aptarat suppicio.*

Non perfunctoriè sin-  
gula perlustranda sunt.  
Video Luitprandum in-  
lanceam quandam con-  
niventib<sup>9</sup> oculis acutūm  
intueri. Die, ô bone, qua-  
lis ista est, quam obtu-  
ita defixo legis? an aliqua  
ferri sacri vestigia repe-  
risti? *Lanceam, ait, illam-*

Luitpran-  
dus lib. 4.  
cap 20.

*Con-*

I  
tini  
reis  
le-  
ue  
nas  
um  
uor  
rū)  
nici  
in-  
it.  
in-  
on-  
im  
ua-  
tu  
ja-  
pe-  
m-  
on-  
DE CLAVIS DOM. 143

Constantini Magni, Sancte  
Helenæ filii, vivificæ Crucis  
in ventricis fuisse affirmant,  
quæ media in spinâ, quam  
limbum superius memoravi,  
ex CLAVIS manibus pedi-  
busq; Domini & Redemptoris  
IESV Christi affixis Cruces  
babet. Profectò tot<sup>9</sup> CLA-  
VORUM quaternarius nō  
sufficit ad plures Cruces.  
sed pergamus.

Mauritii lanceam cu-  
riosè examinavit Gode-  
fridus Viterbiensis, & il-  
le vociferatur huic quo-  
que Christi CLAVUM in-  
fixum esse. Papæ ! quan-  
tam nebulam objicit no-  
bis una urbs Noricorum !  
quis

Viterbiens-  
sis in Chro-  
nic. pag.

19.

144 F. CORN. CURTI  
quis facem accendet, &  
diem reducet?

Inlustrabit nebulam  
hanc & solem innubem  
ostendet CLAVUS unus,  
qui Romæ adservatur:  
ille enim magnam sui  
partem quâ vulnus mi-  
natur, amisit; & in reli-  
quo quoque corpore li-  
mam & ferram passus es-  
se non obscurè videtur.  
ut cognoscere pores ex  
vero ejus iconismo quē  
fol. 152. dabimus. Omnes  
ergò Imperiales illi CLA-  
VI, quia particulam aut  
limaturam verorū Chri-  
sti CLAVORUM admistam  
habent, Dominici jure  
merito

I  
&  
lam  
em  
us,  
UL:  
sui  
mi-  
eli-  
li-  
ef-  
UR.  
ex  
qué  
nes  
LA.  
aut  
ari.  
am  
ure  
rito

DE CLAVIS DOM. 145  
merito appellati sunt.  
Quod de lanceâ simili-  
ter, quæ inter Imperii in-  
signia primum locum  
habet, adferendum est;  
cùm verâ lanceâ Romæ  
non semel viderim.

## CAPUT IX.

*Clavorū curam MARIA non  
accepit, aut Nicodemo tra-  
dedit: sed Helena eos ē cœ-  
no terræ simul cum Cru-  
ce eruit.*

 Ed ubi delituerūt  
tam diu hi CLA-  
VI inquies. Mul-  
ti tibi multa responde-  
bunt; sed cave omnes  
audias

146 F.CORN.CURT<sup>I</sup>  
audias. Alii Matri-Vir.  
gini CLAVORUM custo-  
diam adsignant, cuius  
manibus sedulò & cum  
omni veneratione colle-  
tos, ac posteris fideliter  
traditos esse volunt. Alii  
Nicodemum gazophyla-  
cisten seu thesauri hujus  
sacri custodem faciunt.  
Ingeniosa, pia, & clara  
est istorum imaginatio,  
si modò lucem veritatis  
admitteret. Quid enim?  
Tota Græcorum & Lat-  
inorum historia reclamat,  
& bellū eis indicit. Quod  
ad sanctas piorum viro-  
rum meditationes attinet;  
quod

quod illæ adstruert solent, ego nolim inficias ire, aut ludos facere: quare credo filii sui CLAVOS Matrem sinu, saviisque excepisse; verum adservasse, negat simul omnes historiæ, & ego quoque pernego propter Hebræorum consuetudinē, qui supplicii instrumenta omnia uno tumulo sepe liebāt. Crux igitur Christi, & latronum, & quos Diva Virgo restituerat, CLAVI in unam foveam immissa sunt, quæ urbis cœnum ac rudera paullo post super-ingesta operuerunt, & ex hominum

H oculis

148 F. CORN. CURTI

oculis memoriāque su-  
stulerunt. Donec femi-  
narum immortale decus  
Helena, divino instinc-  
tu ea conquisivit, invenit,  
& eo, quem suprà no-  
tavi, modo disper-  
tavit.

## CAPUT X.

*CLAVORuM figura incer-  
ta. Credibile eos acutos, τε-  
τραπλεύρους, longos  
fuisse.*


 T nihil quod ad  
CLAVOS spectat,  
desideretur, eo-  
rum quoque figura hic  
delineanda est. Obtusos  
fuisse

fuisse quidam dicunt,  
quia nunc tales videntur:  
sed obtusum his quoque  
ingenium esse dicerem,  
si modestè liceret. nam  
quis credat semper eos  
intactos, ad nos usque  
pervenisse? non abrasi-  
sse, non fregisse priorum  
tam priorum erga Reli-  
quias venerationem? Si  
quid fidei dare potest cor  
nostræ Claræ, in eo fer-  
rei CLAVI acuti reperti  
sunt. Sed rotundine an  
quadrati fuerint, magis  
in dubio est. Hæret hic  
mihi aqua. Rotundos fu-  
isse luce clarior est, si  
Mallonio credim⁹, quod

H 2 ex

150 F.CORN. CURTI  
ex sacrâ sindone mani-  
festū esse vult , quæ vul-  
nera tam manuū , quām  
pedum Christi rotunda  
ostendit . rotundæ autem  
plagæ arguere evidentur  
CLAVORVM quoque ro-  
tunditatem . Sed Mallo-  
nius si nos audiverit , lu-  
cem suam pati ecclipsin  
advertiset : nos enim illi  
negare audebimus Chri-  
sti sindonem vulnera ro-  
tunda ostendere . ille o-  
culos suos testes infalli-  
biles adducet : nos eum  
rogabimus , ut rationem  
comitem adhibeat : atq;  
hæc arguet sacrum san-  
guinem in sindone vul-  
nerum


DE CLAVIS DOM. 151  
nerum hæc signa tinxi-  
sse, qui guttatum fluens  
aut stillans non nisi ro-  
tundas maculas reliquit.  
& Roma CLAVUM figurâ  
*τετράπλευρον* habet, cu-  
jus hæc verissima  
expressio est.



H 3 Quid

152 F. CORN. CURTI

-xam. 1661. ood en men  
enand. en. 1661. imp. 1661.



bius e H.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

I  
DE CLAVIS DOM. 153

Quid si demus hoc il-  
li, vulnera rotunda fui-  
sse? Viden' CLAVI ca-  
pitellum cavum, rotun-  
dum? hoc in manus pe-  
désque gravissimis mal-  
leorum ietibus inflictum  
potuit, immò debuit ta-  
le sui signum imprimere.  
Qui τρίσηλον ξυλὸν Crucem  
indigitant, CLAVUM pe-  
dum ceteris majorē effi-  
gunt. effingunt, inquam,  
nam in scriptoribus nul-  
lum ejus vestigium inve-  
nitur. Grandes verò fu-  
isse & longos præter SS.  
Patres etiam ratio ipsa  
insinuat, videlicet, qui  
manus pedésque & trun-

H 4      cum

154 F. CORN. CURTI  
cum penetrare, corpus  
deinde sustentare debe-  
bant, ut ne manus à tan-  
to pondere dilaceraren-  
tur. Unde Brigitta Reve-  
lat. lib. 2. cap. 21. CLAVI,  
inquit, *longè ultra Crucis*  
*stipitem protendebātur.* Hoc  
quoque confirmat curi-  
osa Thomæ incredulitas,  
*Nisi mittam digitum meum*  
*in locum CLAVORUM;* &  
Christi vocantis benigni-  
tas: *Infer digitum tuum*  
*buc.* Si enim vulnera di-  
gitum admittebant, pa-  
tet non exiguos fuisse  
CLAVOS, qui hæc  
fecerant.

CA-

*Pedes disgregati. tabellam  
sappedaneam additam fu-  
isse non est vero dis-  
simile.*

 Orrò qui pedum habit⁹ in istâ crucifixione fuerit,  
variant Autores. & satis perplexa res est : opus  
rigidi alicujus Aristarchi limatulo acutóque judi-  
cio, quod hunc nodum secet. Nam si ad Brigit-  
tæ Revelationes hanc li-  
tem decidere volumus,  
non possumus: neque e-  
nim ipsa ibi una est, aut  
H 5 certè

156 F. CORN. CARTH  
certè non uno verbo rem  
unam explicat. in lib. e-  
nīm primo sic scribit:  
*Brigitta.* *Dexterum pedem crucifixe-*  
*runt, & super hunc sinistrum*  
*duobus CLAVIS. lib. 4. Pe-*  
*des similiter ad foramina*  
*distenduntur, cancellatiq; &*  
*quasi infra à tibiis disjuncti*  
*duobus CLAVIS configun-*  
*tur. lib. verò 7. In Cruce,*  
*inquit, posita fuit una tibia*  
*cjus super aliam, & sic jun-*  
*ctos pedes affixerunt in cru-*  
*ce. Quem huic Sphyngi*  
*Oedipum quæram? quid*  
*non comminiscuntur hic*  
*interpretes? quomodo*  
*hic sudat! absit calumni-*  
*andi virus, & sine pieta-*

tis

DE CLAVIS DOM. 157

tis detimento dictū sit,  
quod hic ex Comico ad-  
fibili,

*Gerræ germanæ, atque æde-  
pol λῆροι λῆρων.*

Quidam enim in de-  
xtero, quidam in sinistro  
pede multiplicant vul-  
nera, ut in his solis non-  
nunquam quinque nu-  
merari possint. Novum  
crucifigendi modum fin-  
gunt, & Salvatori infli-  
gunt plagas; quas non  
sensit, ut Brigittæ verba Daniel  
salvent. Daniel Malloni<sup>9</sup> Mallon.  
Lanspet.  
Lanspergii semitam in-  
greditur, & putat Bri-  
gittæ opinionē hanc esse,  
ut Clavus unus dexteri

H 6 pe-


158 F. CORN. CURTI  
pedis pedion penetrave-  
rit, sinister deinde dexte-  
ro cancellatim superim-  
posit⁹ & ita Crucis adfix⁹  
sit, atque hoc modo al-  
ter CLAVUS pedem de-  
xterum ne læserit quidē  
& huic videntur conso-  
na suprà citata verba:  
*Pedes similiter ad foramina*  
*distenduntur &c. Quare &*  
*ego quoque pedibus ibā*  
*in eandem sententiam:*  
*sed revocavit me plena*  
*ætatis & fumi icuncula*  
*quæ in tenebricoſo cel-*  
*læ meæ angulo abstrusa*  
*ducentis fortè añis habi-*  
*tavit. hæc igitur Christi*  
*tibiam unam alteri in*  
*for-*

DE CLAVIS DOM. 159

formam Crucis superimponit, statimque à talo sejungit, & pedes disgreges in suppedaneo subfigit, in hunc modum.

H 7      Qui

160 F. CORN. CURTI



Plurima qui breuiter vis discere, disce ubi sola  
Littera TAU magnum complectitur Alphabetum.  
CRVX(TAU) CHRISTVM (A. et O. PRINCIPIVM et FINEM.)

Raph. Sadeler excudit, cum priuilegio Clesaneo.

DO H

DE CLAVIS DOM. 161

Qui profectò artifex  
rem non acu (quod dici  
solet) sed cælo suo teti-  
gisse videtur, si quis ali⁹.  
nam id, non dico, innu-  
unt, sed planè plenéque  
adstruūt illa Brigitte ver-  
ba lib. 7. cap. 15. Deinde  
extenso corpore ultra modum,  
in Cruce posita fuit una tibia  
eius super aliam, & sic jun-  
ctos (attiguos, non sibi  
invicem incumbentes)  
pedes affixerunt in Cruce  
duobus CLAVIS. Cæcus  
omnino est, qui caligat  
ad hanc lucem.

Et an fors, quod qui-  
busdam dicere libuit, af-  
sercul⁹ suppedane⁹ Chri-  
sto ad-

162 F.CORN. CURTI

sto additus est in quo  
pedes inniterentur, & si-  
mul figerentur? Certè di-

Greg. Tu-  
ronensis.

xit Gregorius Turonen-  
sis: *In stipite, inquit, erecho*  
*foramen factum manifestum*  
*est: pes quoq; parvæ tabula in*  
*hoc foramen insertus est: su-*  
*per hanc verò tabulam tan-*  
*quam stantis hominis sacre*  
*affixa sunt plantæ. Huc e-*  
*tiam spectare videntur*  
Innocen-  
tius.

verba hæc Innocentii:  
*Fuerunt in Cruce Dominica*  
*ligna quatuor: stipes erectus,*  
*ignum transversum, truncus*  
*suppositus, & titulus superpo-*  
*situs. Ad idem suâ spon-*  
Lipsius.  
D. Irenæus te tendit, non trahitul  
Irenæus (quidquid dicat

Lipsi-

163

I  
quo  
& si  
è di  
nen  
recto  
stum  
la in  
: su  
tan  
sacra  
ac e  
cul  
ntii:  
inica  
ectus,  
uncus  
erpo  
pon  
itul  
dicat  
Lipsi  
DE CLAVIS DOM. 163

Lipsius) cùm lib. 2. cap.  
42. ita Crucem figurat.  
*Ipse habitus Crucis fines &*  
*summitates habet quinque:*  
*duos in longitudinem, & duos*  
*in latitudinem, & unum in*  
*medio, ubi requiescit, qui*  
*CLAVIS configitur.* Imò  
ille ipse pòst non est ali-  
enus à nostrà opinione,  
licet aliqui vociferentur  
eum nuncupare hunc  
crucifigendi modum ni-  
mis delicatum. Ibi enim  
de comuni & omni cru-  
cifixione loquitur, quasi  
non passim hæc tabella  
quibusvis concessa sit; sed  
non rarò scelerati à solis  
manibus pependerint, fi-

Vide illa-  
strissimum  
Card. Fel-  
lum 1.16.  
contro. 7.  
lib. 2. cap.  
27. qui no-  
bilium sen-  
tit.

164 F. CORN. CURTI  
xo circa carpum clavo  
id est ubi ferè manus  
cum brachio coit; sæpe  
etiam circa humeros au-  
pectus dati sint funes, qui  
aut manus infirmiores,  
aut graviora corpora ad-  
jutarent. idque addit so-  
lùm ex conjecturâ. cùm  
alioqui præter jam alle-  
gatas gravissimorum Pa-  
trum autoritates nobis  
faveat Caroli Magni effi-  
gies, cuius scema dedi-  
mus f. 102. & numinus  
quoq; quem ab ipso Li-  
psio habemus; & segmē-  
tata figura, quam Vene-  
tiis vidimus, & vermi-  
nosum illud simulacrum,  
quod

90.

TI  
avo  
inus  
sæpe  
s aut  
s, qui  
ores,  
a ad-  
t so-  
cùm  
ille.  
Pa-  
bis  
effi-  
edi-  
nus  
Li-  
mè-  
ne-  
mi-  
um,  
uod

DE CLAVIS DOM. 165  
quod cottidie mihi ob-  
oculos versatur, & a-  
liæ quam plurimæ ico-  
nes. Quare si suam de-  
ordinariâ crucifixione  
sententiam probat, no-  
stram tamen de Chri-  
sto non impro-  
bat.

**CAPUT XII.**

**CLAVIS DOMINICIS**  
summus honor debetur: hy-  
perdulia interdum, inter-  
dum etiam latria.

 Vtherum, Calvi-  
num, Wiclefum,  
& totum impu-  
dentiæ atq; blasphemiar-  
spur-

166 F. CORN. CURTI

spurcissimū Magdebur  
gense colluviarium nih  
moror: Áio, atque iterū  
aio , sacratissimos Re  
demptoris nostri CLA  
vos cultum & eum sum  
mum mereri. Ita Hebrei  
olim virgam Aaronis la  
pideas legis tabulas , ar  
cam fœderis ligneam ve  
neratione maximâ di  
gnati sunt : & codicem  
legis testamentum Do  
mini etiamnūm hodie in  
Synagogis seriò hono  
randum solennibus ca  
remoniis proponūt. Ma  
humetani Prophetæ sui  
urnam , & urnæ locum,  
totam demūm civitatem

in

ebut in sanctis nominant &  
nihil colunt. & lituum Remu-  
lili, Quirini hastam Roma  
Re in pretio habuit. Illa ete-  
LA nim est heroicæ Virtutis  
sum arcana vis, ut non modò  
ebrat sui cultoribus honorem  
is la pariat ; sed venerationē  
, ar etiam comunicet iis, quæ  
nve tantis heroibus proxima  
di aut familiaria fuerūt. Sic  
cem labarum ab Imperatore,  
Do à Duce strenuo arma re-  
lie in licita honorem mutuan-  
ono- tur. Sic lecythi Philoso-  
cæ phorum fictiles auri pre-  
Ma tium fecerunt, & Poëtæ  
e sui domus furentibus mili-  
cum, tibus religionē incussit.  
atem ita nunc Principum in-  
signia

168 F. CORN. CURTI I  
signia seu æri seu signis mn  
castrensis impressa ho me  
norant populi , milites mu  
propugnant , utrique in de  
eis quandam majestatem me  
agnoscunt. denique ea ma  
omnia, quibus clari viri  
in Virtutis exercitio usi pro  
funt , sui apud posteros nos  
memoriam & venerati  
onem relinquunt. Nos tatis  
igitur sancta illa passio enti  
nis instrumenta , sacra mæ  
tissima, inquam, & poten la d  
tissima Christi arma, qui bulas  
bus adversus Dæmonas ad o  
Mortemq; pro nobis ge tatis  
nerosissimè depugnavit, ame  
non servemus? non ob quo  
servemus? An potius o faris

mnem

RTI DE CLAVIS DOM. 169  
signis mnem de pœnis Domini  
sa ho memoriam obliterabi-  
lites mus? expungemus? era-  
ue in demus? Illa verò monu-  
atem menta sunt præstantissi-  
ma dolorum, angustia-  
rum, tormentorum, quæ  
o usi pro membris suis Caput  
eros nostrū pertulit, Illa func-  
rati documenta magnanimi.  
Nos tatis, fortitudinis, obedi-  
ssio- entiae, atque ardentissi-  
mæ in nos charitatis. Il-  
la denique sunt excita-  
qui bula validissima, quibus  
nas ad συμπάθειαν, ad iniqui-  
ge- tatis odium, virtutisque  
avit, amorem, accendimur.  
ob quo modo Julii olim Cæ-  
s. o. saris tunica, conjuratorū  
iem spa-

170 F. CORN. CURTI  
spathis perfossa & dicta-  
torio tabo cruentata pro-  
rostris ostensa, & necis  
indignitatem persuasivam  
civibus, & populum uni-  
versum ad vindictam  
sceleris armavit.

Videndum porrò, cu-  
jusmodi venerationem  
**CLAVIS** debeamus. Di-  
stinguunt Theologi tria  
cultuū genera, quæ grā-  
cis vocabulis, Latriæ, Hy-  
perduliæ, Duliæ expri-  
mi solent. quæ quia vel  
in Deum vel in naturas  
intelligentes tendūt; cer-  
tum, nullum horum pro-  
priè **CLAVIS** convenire:  
ut pote qui inanimi sunt  
divi

& ra.

DE CLAVIS DOM. 171

& rationis expertes, atque ideo neque capaces ejusmodi cultuum. Quocircà eos ut tales adloqui, postulare quidquam, insaniæ & superstitionis indicium foret. ita sen-

Vide D.  
Thomam  
22.q.9 I.a.  
30 xc.

tiunt unanimiter Catholici omnes. Verùm enim verò, quia CLAVOS illos possumus & solemus cil Trid, cogitatione Christo ad- sess. 25. jungere, sic ut hujus connexionis ergò cultū quoque certum rectumque eis tribuamus. Si enim, humanitatem ejus nobis objicimus, hyperdujiam Clavis impendimus; si divinitatem cogitamus,

I latriæ

172 F.CORN. CURTI  
latrīæ honorem illis de-  
bemus. Duliam verò,  
tanquam minùs dignam  
procul esse jubemus. Ne  
que mirum id cuiquam  
videri debet, ferro nos  
id honoris dare, quem  
soli Deo proprium dici-  
mus: non enim metallo  
hoc ex suâ naturâ tribui-  
tur, sed ratione persona,  
eius attactu eam digni-  
tatem meritò adipisci-  
tur. Exemplo tibi men-  
tem aperiemus. Ferrum  
(ut in eodem subjecto  
perseverem⁹) cui à natu-  
râ frigor quidam inditus  
est, sine periculo manu  
etiam nudâ tractatur: ve-

rūm

DE CLAVIS DOM. 173  
rūm cūm à fornace can-  
dens educitur, non nemo  
id tāgere verebitur. Rur-  
sūm , diadema regium  
sordidâ fabri manu tor-  
quetur, limatur, radicur,  
& sexcentis mallei iecti-  
bus tunditur , tandemq;  
venum exponitur. hoc  
idem postquam Rex ali-  
quis capiti suo adaptavit,  
cavebit faber , etiam lo-  
tas diligenter manus ad-  
movere ; & qui distrahe-  
re ausus fuerit, flagitium  
læsæ majestatis incurrit.  
Et tamen neque ferrum  
ignitum naturam, neque  
diadema commutavit.  
Non aliter Dominici

I 2 CLA-

174 F. CORN. CURTI

CLAVI licet physicā me-  
tamorphosi mutationem  
passi non sint, tamen de-  
corem de membris Do-  
mini susceperunt, & di-  
gnâ eos veneratione pii  
omnes prosequimur. Un-  
de meritò Rusticus con-  
tra Acephalos : Nec non  
CLAVOS, inquit, qui-  
bus confixus est, & lignum  
venerabilis Crucis, omnis per  
totum mundum Ecclesia abga-  
ullâ contradictione adorat.

Rusticus.

Io. Chrys. & Joannes Chrysostomi  
de Cruc. Ego amo, & veneror, ait  
Venerab. med. heb. sacros CLAVOS, membro-  
dom. ieu- rumq; foramina saluto: arun-  
nii tom. I. hom, in si. dinem, lanceam, & spongia-  
ne. suspicio: pro regiâ coronâ co-  
ronam

TI  
à me.  
onem  
n de.  
Do.  
& di.  
ie pii  
r. Un.  
con.  
non.  
, qui.  
num.  
nis per  
ca absq;  
dorat.  
tom.  
, ait.  
mbro.  
arun.  
hongia  
nâ co.  
ronam

DE CLAVIS DOM. 175

ronam ex spinis ad caput accommodo. & Joannes Damascenus: *Nos veneramur scenus dei* <sup>Io. Damascenus de i-</sup>  
*& adoramus sanctæ Crucis mag. orat.*  
*lignum, CL AVOS, spongi-* <sup>3.</sup>  
*am, arundinem, lanceam,*  
*sacramq; illam & salutarem*  
*vestem, tunicam, linteum,*  
&c. De hoc adorationis Ambrosius  
cultu queruntur invidi <sup>in funebri</sup>  
Judæi apud D. Ambrosi- <sup>oratione</sup>  
Theodosii.  
um: *Ecce & CLAVUS in*  
*bonore est, & quem ad mor-*  
*tem impressimus, remedium*  
*salutis est, atq; invisibili qua-*  
*dam potestate Demones tor-*  
*quet. Ferro pedum ejus reges*  
*inclinantur & reverenter a-*  
*dorant. Quam venerati-*  
*onem probavit Ecclesia,*

I 3 quā.

Molanus  
ad Vſuardi  
Martyro-  
log.

176 F. CORN. CURTI  
quando Innocentius VI  
anno 1353. Lanceæ &  
CLAVORUM festum in-

stituit; de quo suprà cap.

8. Ferri - cultores nos  
pertinax Sectariorum in-  
fania vocet, licet ; in A-

ctis Apostolorum etiam

Petri umbra honorem

suum habuit , ad quam

languidi certatim occur-

rentes fidei suæ præmiū

retulerunt, & tamen um-

brâ quid inanius ? quid

vilius ? Néque superstiti-

osi audiverunt, qui Paul-

li sudaria & semicinctia

ægis admoverunt ; sed

potius eorum religionē

sequentibus signis Deu-

Act. 19.

com-

comprobavit. Neque re-  
prehensa est Hæmorrhо-  
issа quæ fidei plenā manu  
fimbriam Christi tetigit,  
& morbi levamen exper-  
ta est. Quid de vincu-  
lis Petri, de Paulli cathe-  
nis dicam? Audiamus,  
obsecro, D. Gregorium,  
qui Constantiæ Augustæ,  
S. Paulli Apostoli reli-  
quias roganti, respondet  
his verbis. *Corpora SS. Pe-*  
*tri & Paulli tantis in Eccle-*  
*sia suis coruscant miraculis,*  
*atque terroribus, ut neque ad*  
*orandum sine magno illuc*  
*terrore possit accedi. Et coa-*  
*cervans exempla eorum,*  
*qui visis corporibus re-*

D. Gregorius epistola 30. lib. 3.

178 F.CORN.CURT<sup>I</sup>  
pentè interierūt sic clau-  
dit epistolam : *Talia mihi  
à vobis præcepta sunt, de qui-  
bus parere nullatenus possum:  
sed quia serenissime Domina  
tam religiosum desiderium  
vacuum esse non debet ; de  
Cathenis quas ipse Paulus A-  
postolus in collo & in mani-  
bus gestavit, ex quibus multa  
miracula in populo demon-  
strantur; partem aliquam  
vobis transmittere curabo, si  
camen bane tollere limando  
potuero. Nam eam sancti-  
tatem esse illius ferri, ait,  
ut secundum petentium  
dignitatem vel indigni-  
tatem lima in eis opere-  
tur.*

Jam

Jam verò si scobem ex  
ferro, quod Paulli manus  
attigit, honorandam pu-  
tat S. Pontifex ; nullo  
dignū honore erit quod  
Christi carnem non mo-  
dò attigit, sed aperuit,  
penetravit, sanguinem  
eius sanctum bibit, cruo-  
re eius roseo intinctum,  
& ut sic loquar, inebria-  
tum est ? Si nihil te mo-  
vent sana rectè opinan-  
tium hominum judicia,  
aliquid concede divinis  
signis, quæ per CLAVOS  
non pauca edita sunt.  
Nolo cramben secundò  
tibi proponere : nolo, in-  
quam, repetere quæ Ju-

I S stino

180 F.CORN.CURTI  
stino Imperatori accidi-  
sse suprà memini; Am-  
brosii testimonium quo-  
que non revoco. Unus  
Luitprandus recitabit  
de Othonē Imperatore,  
quod candidis ingeniis  
satis faciet; malignis ve-  
rò neque plena exem-  
plorum plausta persu-  
derent. Ille ergò hanc  
ita texit mirandam & o-  
mnibus sēculis memo-  
randam historiam. Co-  
piis suis ab hoste circum-  
ventis, Otto Imperator,  
*Luitpran-* interjecto flumine Rheno  
dus. subvenire non poterat; recor-  
datus ergò populi Domini,  
qui repugnantes sibi Amale-  
chitu

I  
di-  
m-  
10-  
ius  
rit  
re,  
iis  
ve-  
m-  
ua-  
anc  
zo-  
no-  
Co-  
im-  
tor,  
eno  
ecor-  
iini,  
ale-  
bitu

DE CLAVIS DOM. 181

ebitas orationibus Moysi ser-  
vi Dei devicerat, protinus de-  
equo descendit, seseqꝫ cum o-  
mni populo lachrymas fun-  
dens ante victori-feros CLA-  
VOS manibus Domini nostri  
Iesu Christi affixos, suaqꝫ lan-  
ceæ impositos in orationem  
dedit; quantumqꝫ justi viri,  
secundum justi viri sententi-  
am Jacobi tunc valeret ora-  
tio, res manifesta probavit.  
Eo namqꝫ orante, quum ex  
suis nullus occumberet, hostes  
sunt omnes in fugam conver-  
si, nonnulli qꝫ eorum cur fu-  
gerent, penitus ignorabant:  
quoniam quidam pre pauci-  
tate sese insequentes hostes  
videre non poterant. Cessis  
igitur

182 F.CORN. CURTI  
igitur plurimis Henricus (qui  
fratri Othoni bellum in-  
ferebat) est vehementer in  
brachio percussus, & quam-  
quam loricæ triplicis fortitu-  
do ad carnem usq; ensis acie  
non admitteret, pondere ta-  
men percussionis acerbæ bra-  
chium est adeò in livore con-  
versum, ut nullis medicorum  
curis ita mederi posset, quin  
subsequente anno dolore ma-  
gnum sentiret. Unde et paul-  
lò post hujus facinoris occasi-  
one ipsum fassi sunt hominem  
exuisse. Viden' pios olim  
Imperatores solidam in  
**CLAVIS** non sine fructu  
fiduciam collocasse? An  
tu Magno Constantino  
multi-

muliebrem superstitionē  
adfricabis , quia sanctæ  
Matris voto , in galeā,  
fræno , ense , lanceā hos  
fixit ? an potius tot pug-  
nas feliciter pugnatas ,  
tot spolia opima hostib⁹  
ablata , tot Tyrannos op-  
pressos , tot celebratos  
triumphos non virtuti  
CLAVORUM adsignabis ?  
Si tuum nimis crassò sub  
aëre natum , & inter pin-  
gues offas educatum ce-  
rebrū id non capit ; cer-  
tè posteri ejus hanc vim  
agnoverunt , qui nullam  
sine his belli aleam jace-  
re potuerunt , nulla nisi  
cum his victoriæ insignia

I 7 repor-

184 F. CORN. CURTI  
reportare potuerunt. Ut  
alios omnes silentio in-  
volvam, Mauritio invi-  
ctam manum quis dedit,  
nisi per CLAVUM ille qui  
CLAVIS fixus est Serva-  
tor? unde Godefrid<sup>9</sup> Vi-  
terbiensis in Chronico  
as pag. 19. ita canit:

*Lancea Mauritii reliquis  
premaxima signis*

*Plurima Christicolis peperit  
miracula dignis;*

*CLAVUS namq; Dei jun-  
tus habetur ei.*

*Subjicit imperio bello gesta-  
ta potentes. &c.*

CA

10071

CAPUT XIII.

*Scriptionis conclusio cum gra-*  
*tiarum actione.*



Andem metā at-  
cigi,

*Et jam tempus equum fu-*  
*mantia solvere colla:*

Verūm apud Crucem  
tuam ô homo Deus hæc  
solvo, & ad venerandum  
istum tholum CLAVIS  
tuis hoc plenum sudori-  
bus curriculum; primiti-  
as, inquā, scriptionis meæ  
adpendo, adfigoq;. Quòd  
rectū cursum tenui, quòd  
à Veri terminis non ab-  
erravi, si non aberravi;  
id

186 F. CORN. CURTI  
id omni Tuæ Bonitati  
acceptum fero. Si insci-

us à recto declinavi,  
*omnes lubrici ad lapsus*

*sumus,*

ad Crucem tuam adrido;  
meæ id naturæ adscribo,  
& veniam erroris depre-  
cor. Quale-quale id est,  
seu bonum, quod volui;  
seu non bonū, quod ve-  
reor: tibi tamen gratum  
fore confido, ut,

*Qui cordis intueris abdi-  
tos sinus,*

& vides, ex quo profe-  
ctum hoc est, animum  
meum, rectum, candi-  
dumque.

*FINIS.*

I  
itati  
sci-  
um  
ido;  
ibo,  
pre-  
est,  
lui;  
ve-  
um  
ibdi-  
ofe-  
um  
adi-

# INDEX RERUM memorabilium.

- A Emuli plurimi 4.  
A Unde dicitur vulgo mons Sanctus in Bo-  
aria à Reliquiis celebris 97.  
Anglostadii apud D. Christophorum Eysenii  
imago Crucifixum 4. CLAVIS 80.  
S. Augustinus dej. Et tu à possessione plurium  
librorum per nasutulum quendam 43.  
Augustiniani Romæ in vineam suam ad viam  
Flaminiam, ubi cœmeterium Iulii T. habent  
Crucifixum cum 4. CLAVIS 109.  
item in Bibliotecâ Angelicâ 80  
Antor Crucifixum invocat 9.  
gratias agit. 185.  
Biblioteca Angelica Romæ ad S. Augusti-  
num publicæ utilitati devota 80.  
S. Bonifacius consecravit Ecclesiam Pol-  
lingensem 91.  
S. Brigitta numerat in Crucifixo quatuor  
CLAVOS 49.  
Calvini mendacium reprehensum 103.  
Carolo Magno Crucifixi imago cum 4. CLA-  
VIS

## M V R I N D E X.

- VIS ab Angelo oblata servatur in mon.  
te Andechs 98.
- à Leone III. Romæ coronatus Imperator  
Augustus. 101.
- obtulit baslice S. Petri ex argento ima-  
ginem cum 4. CLAVIS 101.
- Cervarepperitix Crucifixi Pöllingensis 89.
- ejus vestigia in duobus sarcophagis multisan-  
nis post inventa 95.
- Chiemense monasteriū habet Crucifixi ima-  
ginem, in quā quatuor CLAVI 101.
- Christus verè CLAVIS fixus 12.
- Christopherus Eyserus habet antiquā ima-  
ginem, & in eā quaternionem CLAVO-  
RUM 80.
- ejusdem laus 76.
- Clara de Monte-falconis Augustiniana, mi-  
raculorum gloriā illustris 31.
- Deiparæ comparata 32.
- in ejus corde post mortem CLAVI tres  
inventi 33.
- CLAVIS duobus pedes Christi in Cruce  
fixi 50.
- CLAVI

# INDEX.

- CLAVIS duobus pedes figere facilius, quā  
uno. 52.  
CLAVO uno pedes ambos figere est accom-  
modum ad ossium fracturam 57  
CLAVORVM numerus ternarius insuffi-  
ciens 25  
quaternarius adstruitur & confirmatur  
ibidem  
quaternario non major 113  
CLAVOS ad Constantimum filium attulit  
Helena. 45.  
CLAVIS Constantinus galeam suam muni-  
vit & frænum composuit ibid.  
CLAVUS ne in galeâ, an in corona, an in  
capite statuæ Constantini fixus sic, di-  
sputant Autores 48. 129.  
CLAVUS unus Mediolani, qui fuit pars  
fræni 54. 130.  
& alterius manus tormentum ibid.  
miraculum eiusdem 134.  
CLAVUS unus Romæ, qui fuit in galâ  
Constantini 54. 129.  
CLAVUS unus Treviris 54.  
tormentum dexteripodis 135.

CLAV.

# INDEX.

- C**LAUS unus missus in mare Adriaticum  
mare tranquilla uit 48. 54.  
**C**LAOS infigebant milites crucifigentes,  
quisque suum 54.  
**C**LAOS adhibere in crucifixione arbitrium 136.  
**C**LAVIS titulus Crucis adfixus 117.  
**C**AVI Dominici plures Norimbergæ 140  
**C**AVI Dominici dicti etiam Clavi alii ob  
varias causas 119.  
**C**AVORUM Dominicorum particule alii  
clavis mistæ in veneratione etiam sunt 116.  
**C**AVORUM festum solenniter celebra-  
tum 138.  
**C**AVI inter insignia Imperii 136.  
**C**AVI cum Cruce tam Christi, quam la-  
eronum in unam foveam immisi 147.  
**C**AVOS Deipara non custodivit, aut Ni-  
codemus 146.  
**C**AVORUM figura incerta 148.  
rotundos fuisse nō satis probatur 149.  
tetragonae quoque fuisse credibiles 151.  
ab his.

# INDEX.

- obtusos fuisse non est probabile 149.  
**CLAVUS** Romanus quatuor latera habet  
128.  
entes,  
54.  
bitra-  
136.  
lis ob  
e alius  
funt  
116.  
ebra-  
138.  
136.  
m la-  
147.  
t Ni-  
146.  
148.  
149.  
151.  
oblit-  
riati  
8. 54.  
128.  
136.  
117.  
140.  
119.  
116.  
138.  
136.  
m la-  
147.  
t Ni-  
146.  
148.  
149.  
151.  
oblit-  
CLAVI grandes & longi fuerunt 153.  
CLAVIS detetur honor latræ interdum,  
interdum hyperdulæ 171. 172.  
**CLAVOS** Helena invenit 148.  
**CLAVI** Othonem, Mauritium invictos  
fecerunt 164. 181. 182.  
item Carolum Magnum, Pipinum, Ra-  
thonem 98.  
Constantinus ab Helenâ **CLAVOS** Domi-  
nicos accepit 46.  
Ex eisdem galeam muniuit, frænum  
composuit itid.  
in ejus ense **CLAVUS** 141.  
item in lanceâ ejusdem 143.  
Crucifigebant milites quatuor 54.  
Crucifixus Christus non fuisse, nisi fuisse  
**CLAVIS** fixus 20.  
**Crucifixi imago cum 4. CLAVIS**  
Siroli 69.  
Luce in Etruriâ 61.  
Venetis 111.  
Romæ

# INDEX.

- Rome 71. 81. 107. 108. 109. 110.  
in Röllingen, monasterio Bavariae 87.  
in Lettensi monasterio Hannoniae 107.  
in Chiemensi monasterio Bavariae 110.  
Monachii apud Augustinianos 111.  
Anglostadti apud D. Christophorum  
Eyserum 80.  
Crux Christi et latronum & CLAVI in  
unam foream immissa 111.
- Daniel Mallonius refutatus 25. &c.  
conjecturæ ejus rejectæ 31.
- Funes dati quandoq; præter CLAVOS in  
cruce fixis infirmiorebus aut gran-  
dioribus corporibus 164.
- Graci pertinaces in servandis traditioni-  
bus 112.  
pingunt etiamnum christum q. CLA-  
VIS fixum itid.
- Gregorio Nazianz. adscribitur tragœdia  
Christus patiens. 26.
- Gregorius P.P. reformavit Musicam Eccle-  
siasticam 108.

Hemor-

# INDEX.

- Barbarossa sumtrum Christi terigit, &  
sanata est 177.
- Hæretici fidem suam soli scripture aucti-  
gunc 16.
- Helena CLAVOS invenit. 148.
- ad Constantinum attulit 46.
- Ieonoctastarum impetas 113.
- Joannes VII exstruxit facellum in honorē  
Virginis - Matris Romæ opere segnē-  
tato 83.
- Joannes VVestphalus dubitat an Christus  
sit CLAVIS fixus, an Crucis adligatus  
15.
- Iudei imaginem Christi in Syria confode-  
runc 120.
- Iudei instrumenta supplicii simul uno tu-  
mulo sepeliebant 147.
- virgam Aarons, tabulas Moysis ve-  
nerabantur 166.
- legis libros etiamnum hodie in suis  
synagogis colunt ibid.
- Julii Cæsar is tunica cruentata in rostris  
estensa quid fecerit 170.
- Julius II. Crucifixi imaginem argenteans  
Caroli

# INDEX.

- Caroli Magni constavit in pios usus in  
Iurare quidam soliti per lanceam G 11.  
4. CLAVOS 51.  
Iustinus Imperator fræno Constantini in  
quo CLAVUS fixus, phantasmati  
pepulit 134.  
Iuvenalis Episcopus Hierosolymitanus misi  
Leoni Papæ imaginem Crucifixi cum  
4. CLAVIS 73.  
Leo III. coronavit Carolum Magnū 101.  
Leoni Papæ missa Crucifixi imago cum  
4. CLAVIS 73.  
S. Lucas Crucifixi imaginem cœlavit G in  
eā 4. CLAVOS, que Siroli servatur 69.  
Lucæ in Eccluriâ imago Crucifixi cum  
4. CLAVIS à Nicodemo sculpta 65.  
ejus miraculum ibid.  
  
MARIA Virgo CLAVOS non servavit 147.  
Mauritii lancea habuit CLAVUM Domini-  
nicum 143.  
per eam in bello invictus fuit 164.  
Miraculum Crucifixi Lucensis 65.  
Crucifixi Pollingensis 89.  
CLA-

## INDEX.

- Clavorum 134. 180. 181. 182.  
Nicodemus Christo familiaris, et discipu-  
lus occultus fuit 62.  
Crucifixi imaginem sculpsit, que ser-  
vatur Lncæ in Etruriâ 62.  
non accepit in custodiâ suâ CLAVOS 146.  
Otho Imperator per venerationem CLA-  
VORUM victor de hostibus suis mira-  
culose 180. 181. 182.  
D. Pauli sudaria ægris admota 176.  
de ejus catherinis miranda 178.  
Pauper à Crucifixo aureum calcum ac-  
cepit 64.  
Pedes disaggregatos in Cruce habuit Chri-  
stus 159.  
S. Petri umbra honorem suum habuit 176.  
de ejus vinculis miranda. 179.  
Pictores factores 26.  
Pollingense Monasterium habet Crucifixi  
imaginem cum 4. CLAVIS 90  
exstructum est à Thessilone ibid.  
cōsecrata ejus Ecclesia à S. Bonifacio 91.  
conflagravit 93.

K

Ratbo

# INDEX.

- Ratbo per imaginem Crucifixi multa de  
hostibus tropaea reculit. 98.  
Roma lituum Romuli & Quirini hastam  
venerata est 167.  
Romanus CLAVUS quatuor latera habu  
151.
- Sergius PP. à Cælo monicus reperit imagi  
nem Crucifixi cum 4. CLAVIS 74.  
Sirolis habet imaginem Crucifixi cum 4.  
CLAVIS, sculptam à Nicodemo 69.  
Suppedaneum habuisse in Cruce Christum  
non improbable 162.  
Suspendi pro adfigi usitatum 21.
- Thassilo struxit Ecclesiam Pollingensem cum  
cœnobio 90.  
illi cerva tres Cruces ostendit 89.
- Thom:as tetigit locum CLAVORuM 17.
- Tre viris CLAVUS unus Christi, quo dexter  
eius pes fixus, & frænum Constantini  
compositum fuit 151.
- Veneti habent Crucifixi imaginem cum 4.  
CLAVIS 116.  
Virorum

# INDEX.

- lta de  
98. Virorum magnorum instrumenta reliqua  
basteram posteris in honore sunt 167.  
167. Vulnera quidam multiplicant Christo cru-  
cifixo in pede sinistro 157.  
i habu  
151. Weilhaum oppidum Boariæ Pollingenses  
nundinas transtulit in suum forum  
imagi  
74. punitum igni miraculoſo 93.  
CHM 41 nundinas Pollingensibus restituit 94.  
69.  
ristum  
162.  
21.  
m CHM  
90.  
89.  
17.  
dexter  
Fantini  
155.  
CHM 41  
710.  
YORUM



K 2 SYL-

# SYLLABUS

*Autorum, in hoc opusculo  
citatorum.*

Abraham Bzovius.

Albertus Argentinensis.

D. Ambrosius.

Anastasius Bibliothecarius.

Angelus de Rocca *ex ordine Eremitarum S. Augustini.*

Arianus.

D. Augustinus

Baronius.

Beda.

Bergomensis *ex ordine Eremitarum S. Augustini.*

S. Brigitta.

Bulla Innocentii VI.

Bulla Martini V.

Catullus.

Chrysostomus.

Claudianus.

Con.

Concilia.

Concilium Tridentinum.

Q. Curtius.

S. Cyprianus.

Damascenus.

Daniel Mallonius.

Davides *psalmographus*.

Dominicus Baudius.

Dubravius.

Ecclesiaastes.

Euripides.

Eusebius.

Eutropius.

Godefridus Viterbiensis.

D. Gregorius Nazianzenus.

Gregorius Turonensis.

Gretzerus.

Henricus Rebdorffensis.

D. Hieronymus.

Historia Tripartita.

Horatius Flaccus.

K 3

Hugo

Hugo Cardinalis.

Innocentius Papa.

S. Joannes, *Apostolus & Euangelistes.*

Joannes Calvinus.

Joannes Diaconus.

Joannes Westphalus.

Isidorus Massonius.

Justus Lipsius.

Lanspergius.

Leo Papa.

D. Lucas, *Euangelistes.*

Lucilius.

Luitprandus.

Malmesburiensis.

Martyrologium.

S. Matthæus.

Molanus.

Mutius Petronius.

Nicephorus.

Nicolaus de Lyra.

Nonnus, *Poëta Græcus.*

Onu-

Onuphrius Panuinius ex ordine  
Eremitarum S. Augustini.

Ovidius.

Palæottus.

Pamelius.

Platina.

Plautus.

Polybius.

Raderus.

Ruffinus

Rusticus.

Seneca.

Sozomenus.

Statius.

Virgilius.

Theodoreetus.

S. Thomas de Aquino.

Zaccharias prophetes.

Zonaras.

K 4

TY-

\* \* \* \* \*  
**TYPOGRAPHUS**  
**L E C T O R I .**

**S**olens meo, immò humano more feci, et  
rores admisi. unum præter ceteros insignem  
Tibi indicare volui, ut corrigas, & pro eo,  
quod legis pag. 127, lin. 1. quatuor  $\mathcal{G}$  pluri-  
bus, reponas, quatuor  $\mathcal{G}$  non pluribus. Alii sed  
leviores nævi Tibi plures occurrent, quosope-  
rarum in prælo sudantium inscitia facile ex-  
cusabit. hoc Te monitum volebam. Vale.

\*\*\*

## SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

**N**os FERDINANDUS II.  
Dei Gratiâ electus Ro-  
manorum Imperator,  
&c. renovamus, extendimus, &  
damus Raphaëli Sadeler hoc  
Privilegium ex Cæsareâ pote-  
state, ne quisquam intra decen-  
nium illi<sup>9</sup> imagines antehac seu  
majore seu minore formâ æri  
incisas & excusas, seu libris etiâ  
insertas, seu posthac ab ipso &  
filiis ejus incidendas & edendas,  
quacumque formâ imitando,  
seu æri incidendo, seu ligneis  
typis inscribendo, seu quomo-  
documque adumbrando, vel è  
libris

libris ejus petendo, vel unâ cum  
libris, quâ totis, quâ divisis, vel  
aliis operibus permiscendo im-  
primat, edat, vel excudat sub  
interminatione indignationis  
nostræ Cæsareæ Majestatis, &  
pœnâ duodecim pondo puri pu-  
ti auri; partim in fiscum Cæsaris  
redigendi, partim ipsi Sadelero  
& filiis ejus sine ullâ remissione  
solvendi, operisque totius simul  
amittendi.

Ferdinandus.

41

i cum  
is, vel  
o im-  
it sub  
ionis  
is, &  
ri pu-  
esaris  
elero  
lione  
simul

INGOLSTADII  
*Ex formis Guilielmi Ederi.*



MONACHII

*Apud Raphaëlem Sadelerum Icono-  
graphum Dualem venalis.*

---

ANNO 100 XXII,

THEATRUM OBIU

LIBER VENUSTUS CANTAB.

THEATRUM

LIBER VENUSTUS CANTAB.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN











C'Curia  
de clavis  
Dñi.  
Vita P.  
la Layne

Th  
5002